Cette édition eut le sort qu'elle méritoit, c'est-à-dire, elle resta à peu près inconnue. Aussi dans *Europe during the middle Ages*, vol. IV. London : printed for Longman, etc., 1834, post-octavo (faisant partie de *the Cabinet Cyclopaedia. Conducted by the Rev. Dyonisius Lardner*), où l'on trouve, pag. 294-298, une analyse de ce poème, on lit cette note au bas de la dernière page : « *Vita Merlini*, passim. As we have not access to this poem, which we believe has never been published, we have availed ourselves of the abstract by Ellis (*Specimens*, vol. i, section 4.), which we have still further condensed. »

Quel est le véritable auteur de ce poème ? M. Black et les savants que nous avons cités s'accordent à l'attribuer à Geoffroy de Monmouth ; mais M. Thomas Wright pense que c'est à tort, et il faut avouer que les raisons sur lesquelles il appuie son opinion sont assez concluantes : « Parmi les poètes anglo-latins du XII^e siècle (dit-il¹), dont les ouvrages nous sont parvenus, Geoffroy de Monmouth est le seul qui passe pour avoir employé sa muse à traiter un sujet tiré de l'histoire bretonne. Nous disons *qui passe*, parce que

¹ *The Foreign Quarterly Review*, n° xxxix. published in January, 1836, p. 403-406. Notre ami le Révérend Harry Longueville Jones a écrit dans *The London and Paris Observer*. Paris, April 17, 1836, p. 250, un article sur le même sujet, inspiré par le morceau de la *Foreign Quarterly Review*.

xcvi POÈME DE G. DE MONMOUTH

nous doutons fort qu'il soit l'auteur de la vie métrique de Merlin, publiée sous son nom. Elle contient des allusions à la conquête de l'Irlande et au règne comparativement prospère de Henry II, plus fortes qu'on n'en trouve dans la vie latine de Merlin, en prose, et qu'on ne sauroit en attendre d'une personne qui, à ce que l'on rapporte, mourut en 1154 (voyez Tanner), qui certainement ne vécut guère plus tard, et qui conséquemment n'avoit vu de ce règne que le commencement, et ne connut le projet de la conquête de l'Irlande que dans son origine. Le poème est dédié à Robert, évêque de Lincoln, qui, si Geoffroy en est l'auteur, ne peut avoir été que Robert de Cheineto ou Querceto, successeur d'Alexandre, et mort, suivant William de Newbury, son contemporain, en 1167. L'écrivain de ce poème représente le Robert auquel il s'adresse, comme un puits de science, la gloire de l'épiscopat, incomparable par la diversité de ses connaissances :

..... « Tu corrigē carmen,
Gloria pontificum, calamōs moderando, Roberte !
Scimus enim quia te perfudit nectare sacro
Philosophia suo, fecitque per omnia doctum,
Ut documenta dares, dux et praeceptor in orbe. »

« C'est bien son savoir qui le distingue au-dessus de tous les autres prélates; et cependant la seule chose pour laquelle Robert de Cheineto est donné pour remarquable, dans le Traité de Giraud le Cambrien *de Vitis Episcorum*, publié dans l'*Anglia sacra* de Wharton, est la cession des terres de l'église qu'il

donna en dot à ses petites-filles (*neptibus suis*) pour les marier : chose qui excita un grand scandale (*cum scandali nota*). Il est vrai que, quoiqu'il gaspillât les biens de son église, il acheta pour Lincoln de bons marchés et des foires.

« Alexandre , prédécesseur de Robert , étoit un homme qui vivoit avec une magnificence de prince , et qui fit construire pour lui-même , à grands frais , trois forts châteaux : bâtiments , dit Giraud , très-nécessaires dans ces temps de tumulte. Ce prélat , ainsi que son oncle , Roger de Salisbury , sont représentés comme les deux plus nobles et les plus puissants des évêques anglois ; mais leur richesse tenta la cupidité d'Étienne : ils furent pris par trahison , emprisonnés , dépouillés de leurs châteaux ainsi que de leurs trésors , et traités avec ignominie. Alexandre étoit le patron , au moins l'ami de Geoffroy de Monmouth. Dans le court prologue du quatrième livre de son Histoire , qui contient la Vie et les Prophéties de Merlin , Geoffroy donnant les raisons qui l'engagèrent à traduire ces prophéties de la langue bretonne , et parlant d'Alexandre comme d'une personne qui alors n'étoit plus , s'exprime ainsi : « Maxime autem « Alexander Lincolniensis episcopus , vir summæ reli- « gionis et prudentiæ; non erat alter iur clero , sive « in populo cui tot famularentur nobiles , quos ipsius « mansueta pietas et benigna largitas in obsequium « ejus alliciebat. » Et cependant si le poème sur Merlin est l'ouvrage de Geoffroy , nous trouvons qu'il y parle légèrement d'Alexandre , et qu'il demande à Robert

xcviii POÈME DE G. DE MONMOUTH
un meilleur patronage qu'il ne lui a été possible de
l'obtenir de son prédécesseur.

Ergo meis cœptis faveas, vatemque tueri
Auspicio meliore velis, quam fecerit alter
Cui modo succedis, merito promotus honori :
Sic etenim mores, sic vita probata genusque,
Utilitasque loci, clerus populusque petebant;
Unde modo felix Lincolnia fertur ad astra.

« Il nous semble presque impossible que ces deux passages puissent avoir été écrits par la même personne. L'auteur du second parle de lui-même comme d'un poète (*vates*), et un peu plus loin, après avoir déclaré que le génie d'Orphée, d'Horace et de Virgile n'eussent pas suffi pour célébrer convenablement la renommée de l'évêque Robert, il invoque les muses, qui avoient l'habitude de répondre à ses appels précédents.

At vos consuetæ mecum cantare Camenæ.

« Il est probable que la seule autorité pour attribuer le poème à Geoffroy de Monmouth consiste dans les six misérables vers que quelque copiste d'une époque plus récente a ajoutés à la fin; et que Leland, qui le mentionne, avoit vu le même manuscrit (à Glastonbury), et avoit parlé d'après la même autorité. William de Newbury, qui, dans la préface de son histoire, se plaint amèrement que Geoffroy de Monmouth ait fait le petit doigt d'Arthur plus grand que le dos d'Alexandre le Grand, et exalté Merlin au-dessus d'Isaïe, semble n'avoir pas connu d'autre Vie

de Merlin par Geoffroy que celle contenue dans le quatrième livre de son Histoire, laquelle est en effet un ouvrage distinct. On peut dire la même chose de Giraud, qui ne cite jamais les Prophéties de Merlin d'après la vie métrique du prophète.

« Pour notre part, nous sommes porté à croire que l'évêque Robert du poème de Merlin n'est autre que Robert Grostest, auquel tous ses éloges s'appliquent, et que conséquemment le poème lui-même est un ouvrage de la première moitié du XIII^e siècle. Il est certain (et ce fait eût été singulier, si le poème eût eu véritablement pour auteur un homme aussi fameux que Geoffroy) que le seul manuscrit complet qui en existe a été écrit, comme cela résulte de plusieurs circonstances qu'on y remarque, après l'année 1285; les autres exemplaires n'étant que des copies de la leçon mutilée insérée dans quelques manuscrits du Polychronicon, qui fut écrit sous le règne d'Edward III, et qui le donne comme une production anonyme.

« Il existe de la vie métrique de Merlin une édition très-médiocre, imprimée par le Club de Roxburghe. Nous saluons l'apparition d'une édition accessible à tous les lecteurs parceque c'est à la fois un poème curieux et intéressant; et quoique certainement il soit très-inégal, cependant son style s'élève souvent au-dessus de la médiocrité. Il est, comme on pouvoit s'y attendre, rempli d'allusions historiques dont plusieurs ne manquent pas d'intérêt. Après avoir décrit l'heureuse entrée des Normands, et la grande puissance qu'ils acquirent en s'établissant en Angleterre,

c

POÈME DE G. DE MONMOUTH

*“Indeque Neustrenses ligno trans æquora vecti,
Vultus ante suos et vultus retro ferentes,
Ferratis tunicis et acutis ensibus Anglos
Acriter invadent, periment, campoque fruentur :
Plurima regna sibi submittent, atque domabunt
Externas gentes per tempora, donec erinus,
Circumquaque volans virus diffundet in ipsos.”*

il nous donne une courte mais vigoureuse peinture des troubles qui agitèrent le règne de la plupart des rois normands du XII^e siècle :

*“Tum pax atque fides et virtus omnis abibit :
Undique per patrias committent prælia cives,
Virque virum prodet : non invenietur amicus :
Conjuge despcta, meretrices sponsus adibit ;
Sponsaque cui cupiet, despcto conjugé, nubet.
Non honor ecclesiis servabitur ; ordo peribit ;
Pontifices tunc arma ferent, tunc castra sequentur,
In tellure sacra turres et mœnia ponent,
Militibusque dabunt quod deberetur egenis. »*

« Ces derniers vers rappelleront au lecteur des anciennes chroniques angloises, entre autres histoires, celle de Wimund, qui, d'obscur paysan, devint d'abord moine de Furness, et ensuite évêque de Man. Alors, non content de sa dignité et de sa puissance épiscopales, il se mit à la tête d'une baude de voleurs et de pirates, avec laquelle il parcourut et ravagea longtemps impunément la partie sud-ouest de l'Écosse, jusqu'à ce que, à la fin, il tomba par trahison entre les mains de ses ennemis, et paya tous ses méfaits par la perte de ses yeux et de ses organes sexuels. Son esprit cependant ne fut pas abattu par tant de malheurs ; on l'entendit ensuite dire que, s'il n'avoit

même que l'œil d'un moineau, ses ennemis auroient peu de raison de se réjouir. »

« Le seul manuscrit connu de la Vie métrique de Merlin, ajoute M. Wright dans une lettre à nous adressée, est le manuscrit cottonien, conservé dans le Musée britannique, sous la marque Vespasien, E. iv; il est in-4°, sur vélin, d'une écriture du XIII^e siècle, et présente plusieurs corruptions dans le texte. Ce morceau en forme le douzième article, et commence au folio 112 verso. A une époque postérieure, quelque moine transcrivant l'*Historia Polychronica* de Ralph Higden (qui fut elle-même écrite en 13...) rencontra un exemplaire de ce poème, qu'il inséra, après lui avoir fait subir plusieurs longues mutilations, dans le cours de son histoire. Tous les manuscrits du *Polychronicon*, qui ont été exécutés d'après cet exemplaire, contiennent la même copie mutilée de la Vie métrique de Merlin, avec les différences que l'on peut attendre des méprises des différents scribes; et dans quelques endroits ils nous ont mis à portée de corriger les erreurs du plus ancien manuscrit. Dans le Musée britannique il y a deux exemplaires du *Polychronicon* qui contiennent la vie de Merlin, et dont nous avons fait usage: le premier est dans la Bibliothèque harléenne: nous l'avons cité en le désignant par la marque *MS. H.*; le second est dans l'ancienne Bibliothèque du Roi, nous l'avons indiqué par ces abréviations: *MS. R.* Il n'est pas improbable que l'on trouveroit d'autres exemplaires de cette espèce dans d'autres bibliothèques. Dans le

g*

cii POÈME DE G. DE MONMOUTH

manuscrit cottonien, *Titus*, A. xix (art. 17, fol. 63), qui est sur papier et du xv^e siècle, il y a une copie de ce poème, prise néanmoins sur la leçon mutilée de l'*Historia Polychronica*, à laquelle elle est conforme, quant aux mutilations; elle est intitulée: *Fata Merlini Silvestre secundum Histor. Policronicam*.

« Dans le manuscrit cottonien, *Cleopatra*, C. iv, folio 191, nous trouvons aussi deux courts fragments du poème dont il est question. Ils appartenient apparemment à l'une des éditions du *Polychronicon*. L'un d'eux commence au vers 580 :

O rabiem Britonum, quos copia divitiarum, etc.,

et se termine au vers 692. L'autre commence au vers 953, et finit au vers 981 :

Et de barbarica turbanti singula gente, etc.

« C'est d'après les manuscrits cottoniens, *Vespasien*, E. iv, et *Titus*, A. xix (indiqués dans nos notes sous les marques c. 1, et c. 2) que le poème fut publié pour la première fois très incorrectement par le Club de Roxburghe.

« Le texte en prose des Prophéties de Merlin, par Geoffroy de Monmouth, tel que nous le donnons dans notre édition, a été établi d'après une comparaison attentive des trois ou quatre meilleurs manuscrits de la fin du xii^e siècle ou du commencement du xiii^e. Les manuscrits de la totalité de l'Histoire de Geoffroy de Monmouth, et de la Vie séparée du

Prophète, sont tellement nombreux qu'il faudroit plusieurs années pour les collationner tous.

« Il est peut-être inutile d'ajouter ici que les Prophéties de Merlin, en vers latins, sont très communes en manuscrit, du XIII^e au XV^e siècles; mais elles diffèrent totalement de celles qui se trouvent dans notre poème, et n'ont aucun mérite intrinsèque. » Nous ignorons entièrement quelles étoient celles dont il existoit un manuscrit dans la cathédrale de Peterborough, lequel paroît être irrévocabllement perdu. En effet, dans un catalogue que nous a conservé l'historien de cette église, nous lisons l'indication suivante :

« R... *Prophetiae Merlini versifice*^{1.} »

Ici nous sommes arrivé au terme de notre introduction, déjà trop longue; mais avant de la clore définitivement, qu'il nous soit permis de constater un exemple de plus de l'instabilité des gloires hu-

¹ *The History of the Church of Peterburgh: by Symon Gunton, and set forth by Symon Patrick.* London : printed for Richard Chiswell, M DC LXXXVI, in-fol., p. 182.

Quoi qu'il en soit, nous pensons que ce titre, qui en général se trouve en tête des Prophéties de Merlin écrites en vers léonins, précédent, dans le manuscrit de Peterborough, le même ouvrage. M. Carl Greith vient de publier à Frauenfeld, chez Ch. Beyel, avec le millésime de 1838, un petit volume in-8^o intitulé *Spicilegium Vaticanum*, qui contient *Propheetia Merlini cum expositione Johannis Cornubiensis*, morceau de 139 vers, adressé au vénérable Robert d'Oxford, ainsi que des renseignements sur les manuscrits du Vatican relatifs à Merlin, et sur ce personnage lui-même. Voyez p. 86-106.

Dans le *Catalogi librorum manuscriptorum*, de M. Gustave Haenel, col. 21, l'on trouve à l'article ALENCON cette indication qui nous semble fautive : « 1. Boetius de consolatione; viteæ aliquot sanctorum; Merlini Propheetia; sœc. IX. 4. » Le rédacteur du catalogue n'auroit-il pas pris le siècle où vivoit Merlin pour celui de l'exécution de ce manuscrit ?

civ POÈME DE G. DE MONMOUTH

maines. On l'a vu, Merlin, honoré pendant tout le moyen âge comme prophète, étoit connu et consulté d'un pôle à l'autre, depuis le pape jusqu'à l'homme d'armes et le paysan¹. Il ne lui manquoit plus que la canonisation : dans le xv^e siècle, un carme la lui donna de sa propre autorité :

. vitæ venerabilis olim
Vir fuit, et vates venturi præscius æui
Mirlinius, Laris infando de semine cretus :
Hic satus infami coitu pietate resulxit
Eximia, Superum factus post funera consors².

Dans le xvii^e siècle, le célèbre bard tomba de son trône céleste, où le Mantouan l'avoit apparemment mal assis, sur quoi? sur le titre d'un almanach³.

Il ne nous reste plus maintenant qu'à offrir nos sincères remerciements à M. Ferdinand Wolf, secrétaire de la Bibliothèque impériale de Vienne, pour

¹ Il est peut-être encore temps de rapporter ici le passage suivant, que nous avons connu trop tard pour le citer à la place qui lui convenoit :

« Elle (Jeanne d'Arc) leur rappela le bruit qui avoit couru dans le pays, d'une prédiction qui annonçoit que la France seroit sauvee par une des filles des marches de la Lorraine... Il est assez singulier qu'un des témoins, du nombre de ceux qui ont été assesseurs dans le premier procès, dise dans sa déposition, que cette prédiction, ou du moins une à peu près semblable, se lisoit dans un livre de Merlin. » *Notice du procès de révision et d'absolution de Jeanne d'Arc*, par M. de l'Averdy. (*Notices et extraits des manuscrits*, t. III, p. 302.)

² Baptiste Mantuani Nicolaus Tolentinus ad Joannem Tolentinanum, equitem auratum lib. I. (*I. Baptista Mantuani Carmelite, theologi, philosophi, poetæ et oratoris clarissimi, Opera omnia*. Antverpiæ, apud Ioannem Bellerum, 1576, quatre volumes in-8°, fol. 217 verso, v. 15. Voyez, sur lui, Ginguené, *Histoire littéraire d'Italie*, seconde édition. A Paris, chez L. G. Michaud, m. DCCC. XXIV, t. III, p. 455-457.)

³ *Merlini Anglici Ephemeris : Or, astrological Judgments for the Year*

SUR MERLIN.

cv

l'empressement avec lequel il a bien voulu nous communiquer tout ce que nous avons dit au sujet des romans qui existent en allemand au sujet de Merlin : nous remplissons ce devoir avec d'autant plus de plaisir qu'il nous fournit l'occasion de proclamer de nouveau la haute estime et la vive affection que nous professons pour les travaux et pour la personne de cet érudit si distingué.

Paris, ce 1^{er} novembre 1837.

FRANCISQUE MICHEL.

1685... London, printed by J. Macock for the Company of Stationers 1685,
petit in-8°.

Merlinus liberatus. An Almanack for the Year of our blessed Saviours Incarnation 1723... by John Partridge*. London : Printed by J. Roberts, for the Company of Stationers. in-12.

Merlinus liberatus... 1753 and 1761. London : Printed by R. Reilly, for the Company of Stationers. in-12.

(Thorpe's Catalogue, part. VIII. for MDCCXXXVII, n° 32.)

Cependant peu d'années avant l'apparition du premier de ces almanachs, les livres suivants avoient vu le jour : *The Lords Merlins Prophecy concerning the King of Scotts : foretelling the strange and wonderfull Things that shall befall him in England...* London, Printed by J. C. for G. Horton, 1651. in-4°, de 14 pages, plus un feuillet de titres. Conservé dans le volume 506 de la *King's Collection of Pamphlets*. (Musée britannique.)

Merlin revived, in a Discourse of Prophecies and Predictions, and their Remarkable Accomplishment, with Mr. Lilly's Hieroglyphicks; also a Collection of all the Ancient Prophecies, touching the Grand Revolution like to happen in these Latter Ages, wood cuts, 12mo. 1683. (Catalogue de Thorpe, part VIII. for MDCCXXXVII, p. 127, n° 1432.)

* Voyez quelques détails sur la vie et les ouvrages de ce charlatan, dont s'est si bien moqué le doyen de St-Patrick, dans les *Memoirs of Jonathan Swift*, section II. (*The Prose Works of Sir Walter Scott*, volume V. Paris published by A. and W. Galignani, 1827, grand in-8°, p. 199, col. II, et p. 200.)

ADDITIONS ET CORRECTIONS.

P. vii, note. Dans l'édition de *Don Quixote de la Mancha*, donnée par Pellicer, t. I, p. 129, note 2, il y a, sur l'enchantement et le retour d'Arthur, une curieuse note que M. Louis Viardot a traduite dans son *Don Quichotte*, Paris, J.-J. Dubochet et compagnie, 1838, grand in-8°, t. I, p. 170.

Voyez, en outre, *Li Romans de Garin le Loherain*, t. I, p. 238, note 2.

Dans un manuscrit du XII^e siècle, contenant les poésies d'Hilaire, disciple d'Abélard, et récemment acquis à la vente de la bibliothèque de Rosny, par celle du Roi, l'on trouve, au verso du dernier feuillet, une charte satirique par laquelle Arthur accorde aux Bretons des priviléges que nous devons ne pas rapporter. Cette pièce, adressée à tous les marchands de fromages et de beurre de la Bretagne, a pour but de les récompenser de leur foi en son immortalité; elle paroîtra bientôt, publiée par M. Champollion-Figeac, p. 19-21 du premier volume des *Lettres des Rois, Reines, etc.*, recueil qui fait partie de la *Collection des documents inédits relatifs à l'histoire de France*, qui s'imprime sous la direction du ministre de l'instruction publique.

Nous pensons que c'est cette foi tenace qui a donné lieu au dictum du XIII^e siècle : *Li plus sot en Bretaingne*. Voyez les *Proverbes et dictons populaires*, de M. Crapelet, p. 75.

P. xvii. Ne trouvant pas à la Bibliothèque royale l'édition suivante, et n'ayant aucun espoir de la rencontrer ailleurs à Paris, nous avons dû écrire les deux notes de cette page; depuis, ayant vu à Edinburgh cette édition, nous en donnerons ici le titre exact : *Johannis de Fordun Scotichronicon, cum Supplementis et Continuacione Walteri Boweri... cura Walteri Goodall. vol. 1. Edinburgi : Typis et Impensis Roberti Flaminii. M. DCC. LIX*, in-folio. Voici ce qu'elle contient relativement à notre Barde :

Lib. III, cap. xxix, p. 126, 127 : Prophétie latine de Merlin, composée de treize distiques et relative aux affaires d'Écosse.

Lib. III, cap. xxxi, p. 135-137 : *De mirabili pénitentia Merliri vatis*. Ce chapitre rapporte l'entrevue de Merlin et de Saint-Kentigern, mentionnée par Sir Walter Scott.

Lib. III, cap. 1, p. 156, 157 : passage sur Cadwalladrus, déjà cité par nous; il contient de plus ici six hexamètres latins qui ne sont pas dans notre citation.

P. XXXIII. Voyez une prophétie de Merlin que avons oublié de citer, dans la Philippe de Guillaume le Breton , livre VIII, v. 904 et suivans. (*Recueil des Historiens des Gaules et de la France*, t. XVII, p. 226.)

L'auteur de la Chronique de Reims , parlant de la mort de Louis VIII, s'exprime ainsi : « Et là (à Montpensier) moru li rois , dont Diex ait l'ame ! et fu accompli la prophésie que on dist que Merlins avoit dit ; car il dist que li dous lions de France morroit à Monpancier , » etc. Édition de Louis Paris , Paris , Techener, 1837, in-12 , p. 178.

P. LXXXII. Il y a existé une comédie sur Merlin , en espagnol , si l'on en croit le passage suivant :

Las cosas ya yuan mejor.
hizo entonces Artieda
sus encantos de Merlin
y Lupercio sus tragedias.

(*El Viage entretenido de Augustin de Rojas , natural de la villa de Madrid. En Madrid , en la Emprenta Real. m. xc. xix , petit in-8°, p. 126, 127.*)

Los encantos de Merlin, comédie de Micer Andres Rey de Artieda , est aussi mentionnée dans les *Obras de D. Leandro Fernandez de Moratin*, etc. tomo I. *Orígenes del teatro Español. parta primera.* Madrid : por Aguado, 1830 , in-8°, p. 276. Elle est sous la date de 1582.

P. LXXXII. Il est aussi question de Merlin dans le roman en prose irlandoise d'*Orlando agus Melora* , qui se trouve au Musée britannique , dans le manuscrit Egerton n° 106.

GAUFRIDI
DE MONUMETA
VITA MERLINI.

FATIDICI vatis rabiem, musamque jocosam
Merlini cantare paro : tu corrige carmen,
Gloria pontificum, calamos moderando, Roberte!
Scimus enim quia te perfudit nectare sacro
Philosophia suo, fecitque per omnia doctum,
Ut documenta dares, dux et præceptor in orbe.
Ergo meis cœptis faveas, vatemque tueri
Auspicio meliore velis, quam fecerit alter
Cui modo succidis, merito promotus honori :
Sic etenim mores, sic vita probata genusque,
Utilitasque loci, clerus populusque petebant;
Unde modo felix Lincolnia fertur ad astra.
Ergo te cuperem complecti carmine digno :
Set¹ non sufficio : licet Orpheus et Camerinus
Et Macer et Marius², magnique Rabirius oris

¹ Sic mss. passim pro *sed*. — ² Sic mss.

Ore meo canerent, Musis comitantibus omnes :
 Ad vos consuetæ mecum cantare Camenæ,
 Propositum cantemus opus, cytharamque sonate.

Ergo peragratis, sub multis regibus, annis,
 Clarus habebatur Merlinus in orbe Britannus.
 Rex erat et vates : Demetarumque superbis
 Jura dabant populis, ducibusque futura canebat.
 Contigit interea plures certamen habere
 Inter se regni proceres, belloque feroci
 Insontes populos devastavisse per urbes.
 Dux Venedotorum Peredurus bella gerebat
 Contra Guennoloum Scotiæ qui regna regebat :
 Jamque dies aderat bello præfixa, ducesque
 Astabant campo, decertabantque catervæ,
 Amborum pariter miseranda cæde ruentes.
 Venerat ad bellum Merlinus cum Pereduro,
 Rex quoque Cumbrorum ¹ Rodarcus; sævus uterque.
 Cædunt obstantes invisis ensibus hostes,
 Tresque ducis fratres fratrem per bella secuti
 Usque rebellantes cædunt, perimuntque phalanges;
 Inde per infestas cum tali munere turmas
 Acriter irruerant, subito cecidere perempti.
 Hoc viso, Merline, doles, tristesque per agmen
 Commisces planctus, tali quoque voce remugis.
 Ergone sic potuit sors importuna nocere,
 Ut michi surriperet tantos talesque sodales,

¹ Lege At e codice chartaceo. — ² Sic legendum e codicibus : nisi quod
 habent vetus et R. *Cambrorum*, vide v. 122.

Quos modo tot reges, tot regna remota timebant?
 O dubios hominum casus! mortemque propinquam!
 Quæ penes est illos semper, stimuloque latenti
 Percutit, et miseram pellit de corpore vitam!
 O juvenile decus! quis¹ nunc astabit in armis
 Nunc mihi pone latus, mecumque repellat eentes
 In mea dampna duces, incubentesque catervas?
 Audaces juvenes! vobis audacia vestra
 Eripuit dulces animos dulcemque juventam.
 Qui modo per cuneos discurrebatis in armis,
 Obstantesque viros prosternebatis ubique,
 Nunc pulsatis humum, rubeoque cruento rubetis! »
 Sic inter turmas lacrimis plangebat obortis,
 Deflebatque viros; nec cessant prælia dira:
 Concurrunt acies, sternuntur ab hostibus hostes:
 Sanguis ubique fluit: populi² moriuntur utrinque.
 At tandem Britones revocatis undique turmis
 Conveniunt pariter, pariterque per arma ruentes
 Invadunt Scotos, prosternunt vulnera dantes;
 Nec requieverunt donec sua terga dederunt
 Hostiles turmæ, per devia diffugientes.

Evocat e bello socios Merlinus, et illis
 Præcipit in varia fratres sepelire capella:
 Deplangitque viros, nec cessat fundere fletus:
 Pulveribus crines spargit³, vestesque rescidit⁴,
 Et prostratus humili nunc hac illacque volutat.

¹ Vetus codex habet *qui*, et mox *metumque*. — ² Vetus codex dat *plurimi*, invito metro. — ³ Sic omnes codices præter vetustissimum, in quo legitur *sparsit*. — ⁴ Lege vel *rescidit*, vel (e v. 215) *recidit*.

Solatur Peredurus eum, proceresque ducesque;
 Nec vult solari nec verba precantia ferre.
 Jam tribus emensis defleverat ille¹ diebus,
 Respueratque cibos; tantus dolor usserat illum:
 Inde novas furias, cum tot tantisque querelis
 Aera complesset, cepit, furtimque recedit;
 Et fugit ad silvas, nec vult fugiendo videri,
 Ingrediturque nemus, gaudetque latere sub ornis;
 Miraturque feras pascentes gramina saltus.
 Nunc has insequitur, nunc cursu præterit illas.
 Utitur herbarum radicibus; utitur herbis;
 Utitur arboreo fructu, morisque rubeti.
 Fit silvester² homo, quasi silvis editus³ esset,
 Inde per æstatem totam; nullique repertus,
 Oblitusque sui, cognatorumque suorum,
 Delituit, silvis obductus more ferino.
 At cum venit yems⁴ herbasque tulisset et omnes
 Arboreos fructus, nec quo frueretur haberet;
 Diffudit tales miseranda voce querelas.

« Coeli Christe Deus! quid agam? qua parte morari
 Terrarum potero? cum nil quo vescar adesse
 Inspicio, nec gramen humi, nec in arbore glandes.
 Tres quater et juges septenæ poma ferentes
 Hic steterant mali; nunc non stant: ergo quis illas,
 Quis mihi surripuit? quo devenere repente?
 Nunc illas video, nunc⁵ non: sic fata repugnant,

¹ MSS. Polychronici legunt *ipse*. — ² Idem mss. *silvestris*. — ³ Ms. *vetus deditus*. — ⁴ Sic ms. pro *hyems*. — ⁵ Ms. *vetus nec*.

Sic quoque concordant cum dant prohibentque videre.
 Deficiunt nunc poma michi, nunc cetera quæque.
 Stat sine fronde nemus, sine fructu : plector utroque,
 Cum neque fronde tegi valeo, neque fructibus uti.
 Singula bruma tulit, pluviisque cadentibus auster.
 Invenio si forte napos¹ tellure sub ima,
 Concurrunt avidæque sues aprique voraces,
 Eripiuntque napos¹ michi quas de cespite vello.

« Tu lupe, care comes ! nemorum qui devia mecum
 Et saltus peragrare soles, vix præteris arva :
 Et te dura fames et me languere coegit.
 Tu prior has silvas coluisti, te prior ætas
 Protulit in canos ; nec habes, nec scis, quid in ore.
 Proicias : quod miror ego, cum saltus habundet
 Tot capreis aliisque feris quas prendere posses.
 Forsitan ipsa tibi tua detestanda senectus
 Eripuit nervos, cursumque negavit habendum.
 Quod solum superest, comples ululatibus auras ;
 Ac² resupinus humi consumptos deicis arctus³. »

Hæc inter frutices coriletaque densa canebat ;
 Cum sonus ad querendam pervenit prætereuntem,
 Qui direxit iter quo sermo loquentis in auras
 Exierat, reperitque locum, reperitque loquentem.
 Quo viso Merlinus abit, sequiturque viator,
 Nec retinere virum potuit sic diffugientem :
 Inde viator iter repetit quo cœperat ire,

¹ Codex vetus et H. habent *napes* ; cæteri *vapes* : male. — ² Vetus et H. *At.* — ³ Lege *dejicis artus* : ch. habet *dahicis*.

Propositumque tenet casu commotus euntis.
 Ecce viatori venit obvius alter ab aula
 Rodarchi regis Cumbrorum, qui Ganiedam
 Duxerat uxorem, formosa conjuge felix¹.
 Merlini soror ista fuit, casumque dolebat
 Fratris, et ad silvas et ad arva remota clientes
 Miserat, ut fratrem revocarent; ex quibus unus
 Obvius huic ibat, set et hic sibi: protinus ergo
 Convenere simul, commiscent mutua verba.
 At qui missus erat Merlinum quærere, quærit
 Si vidisset eum silvis aut saltibus alter.
 Ille virum talem se conspexisse fatetur
 Inter dumosos saltus nemoris Calidonis;
 Dumque loqui vellet secum, secumque sedere,
 Diffugisse virum celeri per robora cursu.
 Hæc ait: alter abit, silvasque subintrat, et imas
 Scrutatur valles, montes quoque præterit altos:
 Quærit ubique virum, gradiens per opaca locorum.

Fons erat in summo cuiusdam vertice montis,
 Undique præcinctus corulis densisque fructectis².
 Illic Merlinus considerat³: inde per omnes
 Spectabat silvas, cursusque iocosque ferarum⁴.
 Nuntius hunc scandit, tacitoque per ardua gressu
 Incedit quærendo virum: tum denique fontem
 Merlinumque videt, super herbas pone sedentem,
 Dicentemque suas tali sermone querelas.

¹ Scilicet Rodarchus. — ² Sic, pro *fruticetis*. — ³ Cæteri mss. habent
Illuc M. concenderat. — ⁴ Sic.

« O qui cuncta regis! quid id est quod¹ contigit, ut non
Tempora sint eadem numeris distincta quaternis?
Nunc² ver jure suo flores frondesque ministrat:
Dat fruges æstas, autumpnus micia poma:
Consequitur glacialis yemps³, et cetera quæque
Devorat et vastat, pluviasque nivesque reportat,
Singula quæque suis arcet læditque procellis;
Nec permittit humum varios producere flores,
Aut quercus glandes, aut malos punica mala.
O utinam non esset hiems⁴ aut cana pruina;
Ver foret, aut æstas; cuculusque canendo rediret,
Et philomena⁵ pio quæ tristia pectora cantu
Mitigat, et turtur conservans foedera casta;
Frondibus inque novis concordi voce volucres
Cantarent aliæ, quæ me modulando foverent;
Dum nova flore novo tellus spiraret odorem
Gramine sub viridi, levi quoque murmure fontes
Diffluerent; juxtapaque daret sub fronde columba
Sompniferos gemitus, irritaretque soporem! »

Nuntius audierat vatem, rupitque querelas
Cum modulis citharæ quam secum gesserat ultro,
Ut sic deciperet demulceretque furentem.
Ergo movens⁶ querulas digitis et in ordine cordas,
Talia, pone latens dimissa voce canebat.

« O diros gemitus lugubris Guendoloenæ!

¹ Male *vetus codex*, *quid est cur: forte cur est quod.* — ² *Non* alli codices, male; præter unum quod habet *Nam ver vere.* — ³ Sic mss. — ⁴ Sic *vetus.* — ⁵ Sic mss. — ⁶ Ms. *vetus monens.*

O miseras lacrimas lacrimantis Guendoloenæ¹!
 Me miseret miseræ morientis Guendoloenæ!
 Non erat in Walis² mulier formosior illa.
 Vincebat candore deas, foliumque ligustri,
 Vernantesque rosas, et olentia lilia prati.
 Gloria vernalis sola radiabat³ in illa;
 Sidereumque decus geminis gestabat ocellis,
 Insignesque comas auri fulgore nitentes.
 Hoc totum perii; perii decor omissis in illa,
 Et color et facies, niveæ quoque gloria carnis.
 Non est quod fuerat, multis mœroribus acta:
 Nescit enim quo dux abiit, vita ne fruatur
 An sit defunctus: languet miserabilis inde,
 Totaque deperiit longo liquefacta dolore.
 Collacrimatur ei paribus Ganiæda querelis,
 Amissumque dolet sine consolamine fratrem.
 Hæc fratrem flet, et illa virum; communiter ambæ
 Fletibus incumbunt, et tristia tempora ducunt.
 Non cibus ullus eis, nec⁴ sompnus nocte vagantes
 Sub virgulta fovet: tantus dolor arcet utramque.
 Non secus indoluit Sidonia Dido, solutis
 Classibus Æneæ, tunc cum properaret abire.
 Cum non Demophoon⁵ per tempora pacta rediret,
 Taliter ingemuit flevitque miserrima Phillis.
 Briseis absentem sic deploravit Achillem.
 Sic soror et conjux collamentantur et ardent,

¹ Versus deest in altero codice. — ² Wallis al. — ³ Habet vetus radiabat. — ⁴ Alii mss. meliorem præbent lectionem, eas non. — ⁵ Ita recte in cod. Cotton. sed vetus *Demophon*, et alii *Demophoon*, *Demephoon*.

Funditus internis¹ cruciatibus usque dolendo. »

In fidibus² querulis dicebat talia cantans
 Nuntius, et modulo vatis demulcerat³ aures,
 Mitior ut fieret⁴ congauderetque canenti.
 Ocius assurgit vates, juvenemque jocosis
 Affatur verbis, iterumque movere precatur
 Cum digitis cordas, elegosque sonare priores.
 Admovet ille lyræ⁵ digitos jussumque reformat
 Carmen item⁶, cogitque virum modulando furorem
 Ponere paulatim citharæ dulcedine captum.
 Fit memor ergo sui, recolitque quod esse solebat
 Merlinus; furiasque suas miratur et odit.
 Pristina mens rediit, rediit quoque sensus in illo,
 Et gemit ad nomen, motus pietate, sororis
 Uxorisque simul, mentis ratione recepta;
 Conducique petit Rodarchi regis ad aulam.
 Paruit alter ei, silvasque subinde relinquent⁷,
 Et veniunt pariter lætantes⁸ regis in urbem.
 Ergo fratre suo gaudet regina recepto,
 Proque sui reditu fit conjunx⁷ læta mariti,
 Oscula certatim geminant⁹, et brachia circum
 Colla viri flectunt, tanta pietate moventur.
 Rex quoque quo decuit reducem sucepit honore,
 Totaque turba domus; proceres lætantur in urbe.

¹ Al. *interius*. — ² Vetus male *gravibus*. — ³ Ita ex aliis codicibus, pro *demulserat*. — ⁴ Vetus *fieret*. — ⁵ *Lire*, mss. — ⁶ Forte *idem*: nisi intelligatur « iterum, » ut sub v. 222: unus codex legit *ita*. — ⁷ Sic *velut*. — ⁸ Al. *latenter*. — ⁹ Vetus habet *geminans*.

At postquam tantas hominum Merlinus adesse
 Inspexit turmas, nec eas¹ perferre valeret;
 Cepit enim² furias, iterumque furore repletus
 Ad nemus ire cupit, furtimque recedere quærit.
 Tunc præcepit eum posito custode teneri
 Rodarchus, citharaque suos mulcere furores,
 Astabatque dolens, verbisque precantibus illum
 Orabat ratione frui, secumque manere,
 Nec captare nemus, nec vivere more ferino:
 Velle sub arboribus dum regia sceptra tenere
 Posset³, et in populos jus exercere feroce.
 Hinc promittit ei se plurima dona daturum;
 Afferrique jubet vestes, volucresque, canesque,
 Quadrupedesque citos, aurum, gemmasque micantes,
 Pocula quæ sculpsit Guielandus in urbe Sigeni⁴.
 Singula prætendit vati Rodarchus et offert,
 Et monet ut maneat secum, silvasque relinquit⁵.

Talia respondens spernebat munera vates.
 « Ista duces habeant, sua quos confundit egestas,
 Nec sunt contenti modico, set maxima captant.
 Hiis nemus et patulas Calidonis præfero quercus,
 Et montes celos, subtus [que⁶] virentia prata.
 Illa michi non ista⁷ placent: tu talia tecum
 Rex Rodarche feras: mea me Calidonis habebit
 Silva ferax nucibus, quam cunctis præfero rebus. »
 Denique cum nullo potuisset munere tristem

¹ Alter eos. — ² Alii mss. *item*, recte? — ³ Al. *perposcit*; forte lego *poscit*: sed vetant codices. — ⁴ Deest versus in altero et in cod. Harl. — ⁵ *Relinquet* codex *vetus*. — ⁶ Deest in antiquiore codice. — ⁷ *Ista*, nempe munera, ut in v. 239: sed mss. Polychronici legunt *Ista michi non illa*.

Rex retinere virum , forti vincire cathena ,
 Jussit ; ne peteret nemorum deserta solutus .
 Ergo cum sensit circum se vincula vates ,
 Nec liber poterat silvas ¹ Calidonis adire ;
 Protinus indoluit , tristisque tacensque remansit ,
 Lætitiamque suis subtraxit vultibus omnem ;
 Ut non proferret verbum , risumque moveret .

Interea visura ducem regina per aulam
 Ibat , et ut decuit rex applaudebat eunti ;
 Perque manum suscepit eam , jussitque sedere ,
 Et dabat amplexus et ad oscula labra premebat .
 Convertensque suos in eam per talia vultus ,
 Vidit in illius folium pendere capillis :
 Ergo suos digitos admovit et abstrait ² illud ,
 Et projicit humi , lætusque jocatur amanti .
 Flexit ad hoc oculos vates , risumque resolvit ,
 Astantesque viros fecit convertere vultus
 In se , mirantes quoniam ridere negarat .
 Rex quoque miratur , percunctaturque furentem
 Tam subito facti causas edicere risus ,
 Adjecitque suis donaria plurima verbis .
 Ille tacet , differtque suos exponere risus .
 At magis atque magis precio precibusque movere
 Instabat Rodarchus eum : tum denique vates
 Indignatus ei pro munere , talia fatur .

“ Munus avarus amat , cupidusque laborat habere :

¹ Al. *silvam poterat liber* ; cæteri quoque *silvam* . — ² Liber alter *obstulit* : forte *abstulit* legendum cum tribus codd. : sed vide v. 288 .

Hii faciles animos flectunt quocunque jubentur,
 Munere corrupti : quod habent non sufficit illis.
 At mihi sufficient glandes Calidonis amœnæ,
 Et nitidi fontes per orentia prata fluentes :
 Munere non capior : sua munera tollat avarus.
 Et nisi libertas detur, repetamque virentes
 Silvarum valles, risus aperire negabo. »
 Ergo cum nullo potuisset munere vatem
 Flectere Rodarchus, nec cur risisset haberet' ;
 Confestim sua vincla viro dissolvere jussit,
 Datque potestatem nemorum deserta petendi,
 Ut velit optatam risus expromere ² causam.

Tunc Merlinus ait, gaudens quia possit ³ abire :
 « Iccirco risi, quoniam, Rodarche, fuisti
 Facto culpandus simul et laudandus eodem ;
 Dum traheres folium modo, quod regina capillis
 Nescia gestabat; fieresque fidelior illi
 Quam fuit illa tibi, quando virgulta subivit
 Quo suus occurrit secumque coivit adulter :
 Dumque supina foret, sparsis in crinibus hæsit
 Forte jacens folium, quod nescius eripuisti. »

Ergo super tali Rodarchus crimine tristis
 Fit subito, vultumque suum divertit ab illa ;
 Dampnabatque diem qua ⁴ se conjunxerat illi.
 Mota set illa nichil, vultu ridente pudorem
 Celat, et alloquitur tali sermone maritum.

¹ Codex vetus *hereret*; alter, *recessit haberet* : uterque corrupte. —
² Tres codd. habent *exprimere*. — ³ Alii *posset*, ut et v. 302. — ⁴ Ita
 omnes mss. præter præcipuum, ubi *quæ*.

« Cur tristaris amans? cur sic irasceris ab¹ re,
 Meque nec ex merito dampnas, credisque furenti
 Qui ratione carens miscet mendacia veris?
 Multociens qui credit ei fit stulcior illo.
 Excipe nunc igitur; ne sim decepta, probabo
 Quod sit delirus, quod non sit vera locutus. »
 Ut plures alii, fuerat puer unus in aula:
 Hunc cum prospiceret convolvit² protinus artem
 Ingeniosa novam, qua vult convincere fratrem.
 Inde venire jubet puerum, fratremque precatur
 Qua moriturus erit³ pueri prædicere mortem.

Ergo frater ei, « Soror o carissima, » dixit,
 « Hic morietur homo celsa de rupe ruendo⁴. »
 Illa sub⁵ ridens puerο præcepit abire,
 Et quibus indutus fuerat deponere vestes,
 Et vestire novas, longosque recidere⁶ crines;
 Sicque redire jubet, ut eis appareat alter.
 Paruit ergo puer; rediit nam talis ad illos
 Qualis erat jussus, mutata veste, redire.
 Mox iterum fratrem regina precatur, et infit,
 « Quæ mors hujus erit narra⁷ dilecte sorori. »
 Tunc Merlinus ait; « Puer hic, cum venerit ætas,
 Mente vagans, forti succumbet in arbore morti. »

Dixerat: illa suum sic est affata maritum.
 « Siccine te potuit falsus pervertere vates,
 Ut crimen tantum me commisisse putares?

¹ Lege abs. — ² Al. convertit. — ³ Alii codd. melius forsitan erat. —
⁴ Harl. cadendo. — ⁵ Vetus hec. — ⁶ Al. rescindere. — ⁷ Codex præci-
 pius uaria.

Ac¹ si scire velis qua sit ratione locutus
 Hoc nunc de puerō, censem̄s ficta fuisse
 Quæ de me dixit, dum silvas possit² adire.
 Absit ut hoc faciam! castum servabo cubile;
 Castaque semper ero dum flabit spiritus in me.
 Illum convici, pueri de morte rogatum,
 Nunc quoque convincam: tu sedulus arbiter esto.[»]
 Hæc ait, et tacite puerum³ secedere jussit,
 Vesteque feminea vestiri, sicque redire.
 Mox puer abscessit, jussumque subinde peregit,
 Et sub feminea rediit quasi femina veste;
 Et stetit ante virum; cui sic regina jocando
 « Eya frater! » ait: « dic mortem virginis hujus. »
 « Hæc virgo nec ne, » dixit, « morietur in ampne⁴? »
 Frater ei, movitque sua ratione cachinnum
 Regi Rodarcho: quoniam de morte rogatus
 Unius pueri, tres dixerat esse futuras.
 Ergo putabat eum de conjugē falsa locutum,
 Nec credebat ei, set contrastatur, et odit
 Quod sibi crediderat, quod condemnparat amantem.
 Id regina videns, veniam dat et oscula jungit,
 Et blanditur ei, lætum quoque reddidit illum.

Cogitat interea silvas Merlinus adire,
 Egressusque domum portas aperire jubebat;
 Set soror obstabat, lacrimisque rogabat abortis
 Ut secum remaneret adhuc, tollatque furorem.
 Improbus ille suis non vult desistere cœptis,

¹ Forte *At.* — ² Al. *posset.* — ³ Al. *puerum tacite.* — ⁴ Sic mss. —
⁵ Ita mss. pro *abortis.*

Set perstat reserare fores, et abire laborat,
 Et fremit et pugnat, famulosque fremando coartat¹.
 Denique cum nullus posset retinere volentem
 Ire virum, jussit citius regina venire
 Ejus ad abscessum, absentem² Guendoloenam.
 Illa venit, supplexque³ virum remanere precatur :
 Spernit at ille preces, nec vult remanere, nec illam
 Sicut erat solitus, gaudenti cernere vultu.
 Illa dolet, fletuque fluit, laniatque capillos,
 Et secat ungue genas, et humi moriendo volutat.
 Id regina videns affatur taliter illum.
 « Hæc tua quæ moritur sic pro te, Guendoloena,
 Quid faciet? dabituren viro? viduamve manere
 Præcipis? aut tecum quocumque recesseris ire?
 Ibit enim, tecumque nemus nemorisque virentes
 Læta colet saltus, dum te potiatur amante. »

Vocibus hii igitur respondit talia vates.
 « Nolo soror pecudem patulo quæ fontis hiatu
 Diffundit latices, ut virginis urna sub æstus :
 Nec curam mutabo meam velut Orpheus olim,
 Quando suos calathos pueris commisit habendos
 Euridice Stigias plusquam transnavit harenas⁴.
 Mundus ab alterutro, veneris sine⁵ labe manebo.
 Huic igitur detur nubendi justa facultas.
 Arbitrioque suo quem gestit ducere ducat :
 Præcaveat tamen ipse sibi qui duxerit illam,

¹ Sic mss. — ² Lege *deslentem* ex alt. codice. — ³ Vetus *supplex que*. — ⁴ Hi quinque versus corrupti videntur : desunt in altero libro, et in Harl. — ⁵ Vetus *sub*.

Obvius ut numquam michi sit , nec cominus astet ;
 Set se divertat , ne si michi congregandi
 Copia præstetur , vibratum sentiat ensem .
 Cumque dies aderit sollempnis ¹ lege jugali ,
 Diversæque dapes convivis distribuentur ,
 Ipsemet interero donis munitus honestis ,
 Ditaboque datam profuse Guendoloenam . »

Dixerat , atque « vale » gradiens subjunxit utrius ,
 Et petiit silvas nullo prohibente cupitas .
 Guendoloena manet spectans in limine tristis ,
 [Et regina simul ; casuque moventur amici ² ;]
 Miranturque nimis rerum secreta furentem
 Nosse virum , veneremque suæ scivisse sororis .
 Mentitumque tamen pueri de morte putabant ,
 Quam dixit ternam cum dicere debuit unam .
 Inde diu sua visa fuit vox vana per annos ,
 Donec ad ætatem venit puer ille virilem ;
 Tunc cunctis ³ patefacta fuit multisque probata .
 Nam dum venatum canibus comitantibus iret ,
 Aspexit cervum nemoris sub fronde latentem
 Dissolvitque canes , qui cervo devia viso
 Transcendent , complentque suis latratibus auras .
 Ipsemet urget equum calcaribus , insequiturque ,
 Nunc cornu nunc ore monens , operisque ministros
 Increpat , atque jubet cursu citiore venire ⁴ .
 Mons ibi celsus erat circumdatus undique saxis ,

¹ Vetus *solempni*. — ² Versus deest in vet. codice. — ³ Harl. meliorem videtur præstare lectionem , *demum*. — ⁴ Hi tres desunt versus in altero.

Juxta quem fluvius subitus per plana fluebat:
 Hunc fera transcendit fugiens, dum venit in amnem¹,
 Exegitque suas solito de more latebras.
 Instigat juvenis, montem quoque tramite recto
 Praeterit, et cervum per saxa jacentia quærit.
 Contigit interea dum duceret impetus ipsum,
 Labi quadrupedem celsa de rupe, virumque
 Forte per abruptum montis cecidisse sub amnem;
 Ut tamen hæreret pes ejus in arbore quadam,
 Et submersa forent sub flumine cetera membra:
 Sicque ruit, mersusque fuit, lignoque pependit²,
 Et fecit vatem per terna pericula verum;
 Qui nemus ingressus fuerat, rituque ferino
 Vivebat; patiens concretæ frigoris algæ
 Sub nive, sub pluvia, sub iniquo flamme venti.
 Idque placebat ei pocius quam jura per urbes
 Exercere suas, gentesque domare feroceas.

Interea ducente viro labentibus annis
 Cum grege silvestri talem per tempora vitam,
 Guendolœna datur nubendi lege marito.
 Nox erat et nitide radiabant³ cornua lunæ,
 Cunctaque convexi splendebant lumina cœli:
 Purior aer erat solito, nam frigidus atrox
 Expulerat nubes boreas, cœlumque serenum
 Reddiderat, sicco detergens nubila flatu⁴.
 Sidereum cursum vates spectabat ab alto

¹ Alii ad amnem. — ² Scholion in margine codicis, manu saeculi xv.
 « Quicquid a vero vate dicitur, non potest non impleri. » — ³ Codex radiabant. — ⁴ Tres versus exciderunt codicibus Polychr.

Monte, loquens tacite sub divo talia secum¹.
 « Quid sibi vult radius Martis? regem ne peremptum
 Portendit noviter rutilans, aliquique futurum?
 Sic equidem video: nam Constantinus obivit,
 Ipsiusque nepos scelerata sorte Conanus
 Per patrui jugulum, sumpto diademate, rex est.
 At tu, summa Venus, quæ certo tramite labens
 Infra zodiacum Solem comitaris euntem,
 Quid tibi cum radio qui duplex æthera findit?
 Discidium ne mei sectus portendit amoris?
 Talis enim radius divisos signat amores.
 Forsitan absentem me Guendoloena reliquit,
 Alteriusque viri gaudens complexibus hæret.
 Sic igitur vincor: sic alter fungitur illa:
 Sic mea jura michi, dum demoror, eripiuntur:
 Sic equidem, nam segnis amans superatur ab illo
 Qui non est segnis, nec abest, sed minus instat.
 At non invideo: nubat nunc omne dextro,
 Utaturque novo, me permittente, marito.
 Crastina cumque dies illuxerit, ibo, feramque
 Mecum munus ei promissum quando recessi. »

Dixerat; et silvas et saltus circuit omnes;
 Cervorumque greges agmen collegit in unum,
 Et damas capreasque simul; cervoque resedit;
 Et veniente die, compellens agmina præ se,
 Festinans vadit quo nubit Guendoloena.
 Postquam venit eo, patienter stare coegit

¹ Sic e cæteris libris, ubi codex *dicens*.

Cervos ante fores, proclamans « Guendoloena¹!
 Guendoloena² veni! te talia munera spectant. »
 Ocius ergo venit subridens Guendoloena,
 Gestarique virum cervo miratur, et illum
 Sic parere viro, tantum quoque posse ferarum
 Uniri numerum, quas præ se solus agebat
 Sicut pastor oves quas ducere suevit ad herbas.

Stabat ab excelsa sponsus spectando fenestra,
 In solio mirans equitem, risumque movebat.
 Ast ubi vidit eum vates, animoque quis esset
 Calluit, extemplo divulxit cornua cervo
 Quo gestabatur, vibrataque jecit³ in illum,
 Et caput illius penitus contrivit, eumque
 Reddedit exanimem, vitamque fugavit in auras.
 Ocius inde suum talorum verbere cervum
 Diffugiens egit, silvasque redire paravit.
 Egreduintur ad hæc ex omni parte clientes,
 Et celeri cursu vatem per rura sequuntur.
 Ille quidem velox sic præcurrebat, ut isset
 Ad nemus intactus, nisi prævius amnis obesset:
 Nam dum torrentem fera prosiliendo mearet,
 Elapsus, rapida cecidit Merlinus in unda.
 Circueunt ripas famuli, capiuntque natantem,
 Adducuntque domum, vinctumque dedere sorori.

Captus item vates fit tristis, et optat abire
 Ad silvas, pugnatque suos dissolvere nexus,

¹ Desunt duo versus in altero. — ² Codex *Gendoloena*, — ³ Al. *gessit..*

Et ridere negat, potumque cibumque refutat,
Tristitiaque sua tristem facit esse sororem.
Ergo videns illum Rodarchus pellere cunctam
Lætitiam, nec velle dapes libare paratas;
Educi præcepit eum miseratus in urbem,
Per fora, per populos, ut lætior esset eundo,
Resque videndo novas quæ vendebantur ibidem.

Ergo vir eductus, dum progrederetur ab aula¹,
Inspicit ante fores famulum sub paupere cultu,
Qui servabat eas, poscentem prætereuntes
Ore tremente viros, ad vestes munus emendas.
Mox stetit et risit vates, miratus egentem.

Illinc progressus nova calciamenta² tenentem
Spectabat³ juvenem, commercantemque tacones:
Tunc iterum risit, renuitque diutius ire
Per fora, spectandus populis quos inspiciebat.
At nemus optabat, quod crebro respiciebat,
Quo nitebatur vetitos divertere gressus.

Inde domum famuli redeunt, ipsumque cachinnum
Bis movisse ferunt, silvas quoque velle redire.
Ocius ergo volens Rodarchus scire quid esset
Quod portendisset risu, dissolvere nexus⁴
Ilico⁵ jussit, ei concedens posse reverti
Ad solitas silvas, si risus exposuisset⁶.

¹ Deest versus in alt. — ² Sic mss. — ³ *Spectavi* al. — ⁴ Deest versus in alt. — ⁵ Sic mss. passim. — ⁶ Deest versus in altero.

Lætior assistens respondit talia vates.

“ Janitor ante fores tenui sub veste sedebat,
 Et velut esset inops, rogitabat prætereuntes
 Ut largirentur sibi quo vestes emerentur :
 Ipsemet interea, subter se denariorum
 Occultos cumulos, occultus dives habebat.
 Illud ego risi : tu terram verte sub ipso,
 Nummos invenies servatos tempore longo.
 Illinc ulterius versus fora ductus, ementem
 Calciamenta virum vidi, pariterque tacones;
 Ut postquam dissuta forent, usuque forata,
 Illa resarciret, primosque pararet ad usus.
 Illud item risi, quoniam nec calciamentis
 Nec superaddet ¹ eis miser ille taconibus uti
 Postmodo compos erit ; quia jam submersus in undis ²
 Fluctuat ad ripas : tu vade videre, videbis ! »

Dicta probare viri cupiens Rodarchus, ad ampnum
 Circumquaque suos jubet ocios ire clientes,
 Ut si forte virum per proxima litora talem
 Demersum videant, festina voce renarrant.
 Jussa ducis peragunt : nam flumina circumneuntes
 Submersum juvenem squalentes inter harenas ³
 Inveniunt; redeunque domum, regique renarrant.
 Et rex interea, forium custode remoto,
 Suffudit, et vertit terrain, reperitque sub ipsa
 Thesaurum positum, vatemque jocosus adorat.

¹ Forte leg. *Nec (superaddit) eis* : locus dubius. — ² Deest versus in al. — ³ Al. *arenas*.

His igitur gestis, vates properabat abire
 Ad solitas silvas, populos exosus in urbe¹.
 Præcipiebat ei secum regina manere,
 Optatumque nemus postponere, donec abirent
 Quæ tunc instabant candardis frigora brumæ;
 Atque rediret item teneris cum fructibus æstas,
 Unde frui posset dum tempora sole calerent².
 Ille repugnabat, verbis quoque³ talibus illam
 Alloquitur, cupiens secedere, frigore spreto.

« O dilecta soror, quid me retinere laboras?⁷
 Non me bruina suis poterit terrere procellis,
 Non gelidus boreas, cum flatu sævit iniquo
 Balantumque greges subita cum grandine lædit:
 Non conturbat, aquas diffusis imbribus, auster,
 Quin nemorum deserta petam, saltusque virentes;
 Contentus modico potero perferre pruinam.
 Illic arboreis sub frondibus inter olentes
 Herbarum flores, æstate jacere juvabit.
 Ne tamen esca mihi brumali tempore desit⁴,
 In silvis compone domos, adhibeque clientes,
 Obsequiumque mihi facient, escasque parabunt,
 Cum tellus gramen, fructumque negaverit arbor.
 Ante domos alias, unam compone remotam;
 Cui sex dena decem dabis hostia⁵ totque fenestras,
 Per quas ignivomum videam cum Venere Phœbum,
 Inspiciamque polo labentia sydera noctu,
 Quæ me de populo regni ventura docebunt.

¹ Deest versus in cæteris libris. — ² Desunt in cæteris quatuor hi
 versus. — ³ Sic omnes præter vetustum, qui et habet. — ⁴ Hi octo versus
 desunt in altero codice. — ⁵ Ostia al.

Totque notatores quæ dicam scribere docti
 Assint, et studeant carmen mandare tabellis.
 Tu quoque sœpe veni, soror o dilecta, meamque
 Tunc poteris relevare famem potuque ciboque. »
 Dixit, et ad silvas festinis gressibus ivit.

Paruit ergo soror, nam jussam condidit aulam
 Atque domos alias, et quicquid¹ jusserrat illi.
 Ille quidem dum poma manent, Phœbusque per astra²
 Altius ascendit, gaudet sub fronde manere
 Ac peragrare nemus, zephyris mulcentibus ornos³.
 Tunc veniebat⁴ yems rigidis hirsuta procellis,
 Quæ nemus et terras fructu spoliabat ab omni;
 Deficeretque sibi pluvii instantibus esca,
 Tristis et esuriens dictam veniebat ad aulam.
 Illic multotiens aderat regina, dapesque
 Et potum pariter fratri gavisa ferebat;
 Qui, postquam variis sese recreaverat escis,
 Mox assurgebat complaudebatque sorori;
 Deinde⁵ domum peragrans ad sidera respiciebat,
 Talia dum caneret quæ tune ventura sciebat.

« O rabiem Britonum, quos copia divitiarum
 Usque superveniens ultra quam debeat effert!
 Nolunt pace frui, stimulis agitantur herinis.
 Civiles acies, cognataque prælia miscent.
 Ecclesias Domini patiuntur habere ruinam,
 Pontificesque sacros ad regna remota repellunt.

¹ Sic vetus pro quicquid. — ² Codex habet corrupte pacta. — ³ Desunt tres versus in cœteris codd. — ⁴ Forte leg. Cumque veniret. — ⁵ Cœteri codices Inde.

Cornubiensis apri conturbant quæque nepotes;
 Insidias sibimet ponentes, ense nephando
 Interimunt sese, nec regno jure potiri
 Expectare volunt, regni diademate rapto.
 Illis¹ quartus erit crudelior asperiorque.

« Hunc² lupus æquoreus debellans vincet, et ultra
 Sabrinam, victum per barbara regna fugabit.
 Idem Kaerkeii circumdabit obsidione
 Passeribusque domos et mœnia trudet ad imum.
 Classe petet Gallos, set telo Regis obbibit³.
 Rodarchus moritur postquam discordia longa
 Scotos et Cumbros per longum tempus habebit,
 Donec crescenti tribuatur Cumbria denti.
 Cambri gemissos⁴ post illos Cornubienses
 Afficient bello, nec eos lex ulla domabit.
 Kambria gaudebit suffuso sanguine, semper
 Gens inimica Deo, quid gaudes sanguine fuso?
 Kambria compellet fratres committere pugnas,
 Et dampnare suos scelerata morte nepotes.

« Scotorum cunei trans Humbrum sæpius ibunt,
 Obstantesque viros periment, pietate remota;
 Non impune tamen, nam cæsus ductor obbibit.
 Nomen habebit equi, qui fiet sævus in illo.
 Finibus ex nostris hæres expulsus abbibit.

¹ *Illic* vetus. — ² *Hinc* vetus ms. — ³ Sic legendum ex v. 607, et è codice *Regio*, et Cleop. c. iv, f. 91: cæteri vero obivit. — ⁴ Vetus corrupte *Gambrigei missos*: alii vero *Cambri gemissos gemussi*, vel *Cambri gemissos gemissi*; Cleop. corrupte *Gambrigei missos gemissent*.

Scote, reconde tuos quos nudas ocios¹ enses :
Vis tibi dispar erit nostra cum gente feroci.

« Corruet urbs Acelud², nec eam reparabit in ævum
Rex aliquis, donec subdatur Scottus apello.

« Urbs Sigeni et³ turres et magna palatia plangent⁴
Diruta, donec eant ad pristina prædia Cambri.
Kaeptis in portu sua mœnia rupta videbit,
Donec eam locuples cum vulpis dente reformet.

« Urbs Loel spoliata suo pastore vacabit,
Donec reddat ei cambucam virga leonis⁵.

« Urbs Rutupi portus in littore⁶ strata jacebit;
Restaurabit eam galeata nave Rutenus.
Mœnia Meneviæ reparabit quintus ab illo,
Per quem palla sibi reddetur dempta per annos :
Inque tuo Sabrina sinu cadet urbs Legionum,
Amittetque suos cives per tempora longa :
Hos sibi reddet item cum venerit ursus in agno.
Saxonici reges, expulsis civibus, urbes
Rura domosque simul, per tempora longa tenebunt :
Ex hiis gestabunt ter tres diadema dracones.
Ducenti monachi perimentur in urbe Leyri,
Et duce depulso vacuabit mœnia Saxo :
Qui prior ex Anglis erit in diademate Brutii
Restaurabit item vacuatam cædibus urbem.

¹ Harl. *sæpius*. — ² Alii mss. habent *alcliud*, vel *aliud*, vel *Acelud*.
— ³ Deest *et* in cæteris. — ⁴ Vetus habet *plangunt*. — ⁵ In cæteris sequitur hic versus post 612; et v. 618 deest. — ⁶ Sic ex Harl. vetus autem *littora*.

Gens sera per patriam prohibebit crisma sacrate,
 Inque Dei domibus ponet simulachra deorum.
 Postmodo Roma Deum reddet, mediante cuculla,
 Rorabitque¹ domos sacro sacer imbre sacerdos,
 Quas renovabit item pastoribus intro locatis.
 Legis divinæ servabunt jussa subinde
 Plures ex illis, et cœlo jure fruentur.
 Id violabit item gens impia plena veneno,
 Miscebitque simul violenter fasque nephasque :
 Vendet in extremos fines trans æquora natos
 Cognatosque suos, iramque Tonantis inibit.
 O scelus infandum ! quem Conditor orbis honore
 Cœli dignatus, cum libertate creavit,
 Illum more bovis vendi, ducique ligatum !
 Cessabis² miserande Deo³, qui proditor olim
 In Dominum fueras, cum primum regna subisti.
 Classe supervenient Daci, populoque subacto
 Regnabunt breviter, propulsatique redibunt.
 His duo jura dabunt, quos lædet acumine caudæ
 Fœderis oblitus pro sceptri stem[m]ate serpens.
 Indeque Neustrenses ligno trans æquora vecti,
 Vultus ante suos et vultus retro ferentes,
 Ferratis tunicis et acutis ensibus Anglos
 Acrier invadent, periment, campoque fruentur :
 Plurima regna sibi submittent, atque domabunt
 Externas gentes per tempora, donec erinus
 Circumquaque volans virus diffundet in ipsos.

¹ Sic emendant cœteri, ubi vetus rotabitque. — ² Vetus cessabit. —

³ Marl. draco.

Tum pax atque fides et virtus omnis abibit :
 Undique per patrias committent prælia cives,
 Virque virum prodet : non invenietur amicus :
 Conjuge despcta , meretrices sponsus adibit ;
 Sponsaque cui cupiet , despcto conjuge , nubet.
 Non honor ecclesiis servabitur ; ordo peribit ;
 Pontifices tunc arma ferent , tunc castra sequentur ,
 In tellure sacra turres et mœnia pœnent ,
 Militibusque dabunt quod deberetur egenis.
 Divitiis rapti mundano tramite current ,
 Eripiantque Deo quod sacra tyara ¹ vetabit .
 Tres diadema ferent per quos favr ille novorum .
 Quartus erit sceptris , pietas cui laeva nocebit ,
 Donec sit genitore suo vestitus , ut apri
 Dentibus accinctus galeati transeat umbram .
 Quatuor ungentur ² vice versa ³ summa petentes ,
 Et duo succedent , quia ⁴ sic diadema rotabunt
 Ut moneant ⁵ Gallos in se feta bella movere .
 Sextus Hibernenses et eoruin nomina ⁶ vertet ;
 Qui pius et prudens populos renovabit et urbes .

« Hæc Vortigerno cecini prolixius olim ,
 Exponendo duum sibi mistica bella draconum
 In ripa stagni quando consedimus hausti ⁷ .
 At tu vade domum , morientem visere regem ,
 O dilecta soror ! Thelgesinoque venire
 Præcipe ; namque loqui desidero plurima secum .

¹ Sic vetus , alii thiara , tiara . — ² Al. unguentur . — ³ Tertius versa vice : melius . — ⁴ Al. qui . — ⁵ Sic vetus ; at legi potest moveant ut videtur apud Harl . — ⁶ Harl. menia . — ⁷ Tres desunt versus in quibusdam codd .

Venit enim noviter de partibus Arniorianis,
Dulcia quo didicit sapientis dogmata Gildæ. »

It Ganieda domum, Thelgesinumque reversum,
Defunctumque ducem reperit, tristesque clientes.
Ergo fluens lacrimis collabitur inter amicos,
Et laniat crines, et profert talia dicens¹: —

« Funera Rodarchi, mulieres, plangite mecum !
Ac deflete virum qualem non protulit orbis
Hactenus, in nostro quantum discernimus ævo.
Pacis amator erat : populo nam jura feroci
Sic dabat, ut nulli vis² inferretur ab ullo.
Tractabat sanctum justo moderamine clerum :
Jure regi populos³ summos humilesque sinebat.
Largus erat ; nam multa dabat, vix quid retinebat :
Omnibus omnis erat, faciens quodcumque decebat.
Flos equitum, regumque decor, regnique columpna
(Heu michi!) qui fueras, inopinis vermbus esca
Nunc datus es, corpusque tuum putrescit in urna !
Sicne⁴ cubile tibi post serica pulcra paratur ?
Siccine sub gelido, caro candida, regia membra
Condentur saxo ; nec eris nisi pulvis et ossa ?
Sic equidem : nam sors hominum miseranda per ævum
Ducitur, ut nequeant ad pristina jura reduci.
Ergo nichil prodest pereuntis gloria mundi,
Quæ fugit atque redit, fallit læditque potentes.
Melle suo delinit apes quod postmodo pungit;

¹ Hactenus duo exemplaria ; Cleop. sic. desinit, plurima plangens. —
² Codex ius pro uis. — ³ Codex populo. — ⁴ Set ne in codice.

Sic quo^s demulsit divertens gloria mundi,
Fallit, et ingratæ collidit verbere caudæ.
Fit breve quod præstat, quod habet durabile non est :
More fluentis aquæ transit quodcumque ministrat.
Quid rosa si rutilet, si candida lilia vernent,
Si sit pulcher homo, vel equus, vel cætera plura ?
Ista Creatori non mundo sunt referenda.
Felices igitur qui perstant corde piato,
Obsequiumque Deo faciunt, mundumque relinquunt :
Illis perpetuo fungi concedet honore,
Qui sine fine regit, Christus, qui cuncta creavit¹.
Vos igitur proceres, vos moenia celsa, laresque,
Vos nati dulces, mundanaque cuncta relinquo ;
Et cum fratre meo silvas habitabo, Deumque
Læta mente colam, nigri cum tegmine pepli. »

Hæc ait ; atque suo persolvit justa marito ;
Signavitque suani cum tali carmine tumbam :
Rodarchus largus, quo largior alter in orbe
Non erat, hic modica magnus requiescit in urna.

Venerat interea Merlinum visere vatem
Tunc Telgesinus, qui discere missus ab illo² .
Quid ventus nimbusve foret ; nam mixtus uterque
Tunc simul instabant et nubila conficiebant.
Hæc documenta dabat socia dictante Minerva.

« Quatuor ex nichilo produxit Conditor orbis,

¹ Desunt in Harl. omnes hi versus post v. 692. — ² Harl. *cui Merlinus cito dixit* : omittens versus sequentes.

Ut fierent rebus præcedens causa creandis,
 Materiesque simul, concordi pace jugata.
 Cœlum quod stellis depinxit, et altius exstat,
 Et quasi testa nucem circumdans omnia claudit:
 Aera deinde dedit, formandis vocibus aptum,
 Quo mediante dies et noctes sidera præstant:
 Et mare, quod terras cingit, validoque recursu
 Quatuor amfractus faciens, sic aera pulsat
 Ut generet ventos, qui quatuor esse feruntur.
 Vique sua stantem nec se levitate moventem
 Supposuit terram, partes in quinque resectam;
 Quarum quæ media [est]¹ non est habitanda calore,
 Extremæque duæ præ frigore diffugiuntur.
 Temperiem reliquis permisit habere duabus:
 Has homines habitant, volucresque gregesque ferarum.
 Utque darent subitas pluvias, quo crescere fructus
 Arboris et terræ facerent aspergine miti,
 Adjecit cœlo nubes; quæ, sole ministro,
 Sicut utres flavi occulta lege replentur:
 Inde per excelsum scandentes æthera, sumptos
 Diffundunt latices, ventorum viribus actæ.
 Hinc fiunt imbræ, hinc nix, hinc grando rotunda,
 Cum gelidus madidus movet sua flamina ventus,
 Qui nubes penetrans quales facit egerit amnes,
 Naturamque suam zonarum proximitate,
 Ventorum sibi quisque trahit dum nascitur illuc.

• Post firmamentum quo lucida sidera fixit,
 Æthereum cœlum posuit, tribuitque colendum

¹ Vocem *est* interjiciendam poscit versus.

Cœtibus angelicis, quos contemplatio digna
 Ac dulcedo Dei reficit miranda per ævum.
 Hoc quoque depinxit stellis et sole chorusco,
 Indicens legem quæ certo limite stella
 Per sibi commissum posset discurrere cœlum.
 Postmodo supposuit lunari corpore fulgens
 Aerium cœlum, quod per loca celsa redundat
 Spirituum cuneis, qui nobis compatiuntur
 Et collætantur dum sic aliterve movemur:
 Suntque preces hominum soliti perferre per auras,
 Atque rogare Deum quod sit placabilis illis;
 Affectumque Dei sompno vel voce referre,
 Vel signis aliis, ut fiant inde scientes.

« At cacodæmonibus post lunam subtus habundat,
 Qui nos decipiunt et temptant, fallere docti;
 Et sibi multotiens ex aere corpore sumpto
 Nobis apparent, et plurima sæpe sequuntur
 Quin etiam coitu mulieres agrediuntur¹
 Et faciunt gravidas, generantes more prophano.
 Sic igitur cœlos habitatos ordine terno
 Spirituum fecit, foveant ut singula quæque,
 Ac renovet mundum renovato germine rerum.

« Et mare per species varias distinxit, ut ex se
 Proferret rerum formas generando per ævum.
 Pars etenim fervet, pars friget, et una duabus
 Temperiem sumens nobis alimenta ministrat.

« Ast ea quæ fervet, baratum cum gentibus acris

¹ Sic codex.

Circuit, et terræ diversis fluctibus orbem¹
 Secernit refluens, ignes ex ignibus augens.
 Illic descendunt qui leges transgrediuntur,
 Postpositoque Deo, quo vult perversa voluntas
 Incedunt, ayidi corrumperè quod prohibentur.
 Trux ibi stat judex æquali lance rependens,
 Cuique² suum meritum condignaque debita solvit.

« Altera, quæ friget, prætonas volvit harenas
 Quos secum gignit vicino prima vapore
 Quando suos radios inmiscet stella Diones.
 Hanc perhibent Arabes gemmas generare micantes,
 Dum peragrat pisces, dum respicit æquora flammis;
 Hæc virtute sua populis gestantibus ipsas
 Prosunt, et multos reddunt servantque salubres:
 Has quoque per species distinxit (ut omnia) Factor,
 Ut discernamus per formas perque colores,
 Cujus sint generis, cuius virtutis apertæ.

« Tertia forma maris quæ nostrum circuit orbem,
 Proximitate sua nobis bona multa ministrat.
 Nutrit enim pisces et sal producit habunda³,
 Fertque refertque rates commercia nostra ferentes,
 Unde suo lucro subito fit dives egenus.
 Vicinam fæcundat humum, pascitque volucres,
 Quas perhibent ortas illinc cum piscibus esse,
 Dissimilique tamen naturæ jure moventur;
 Plus etenim dominatur eis quam piscibus æquor,

¹ Codex habet *tetri* et *orbent*. — ² Codex *cumque*. — ³ Lege *abunde*.

Unde leves excelsa petunt per inane volantes.

« At pisces¹ suus humor agit reprimitque sub undis,
Nec sinit² ut vivant dum sicca luce fruuntur.
Hos quoque per species distinxit factor eorum,
Naturamque dedit distinctis, unde per ævum
Mirandi fierent, ægrotantique salubres.
Nempe ferunt nullum cohibere libidinis æstum,
Set reddit cœcos jugiter vescentis ocellos:
At qui nomen habet timeos de flore *timallus*,
Sic quoniam redolet, vescentem sæpius illo
Protrahit, ut tales oleat per flumina pisces.

« Femineo sexu subtracto iure³ *murænas*
Esse ferunt cunctas, coeunt tamen ac renovantur,
Multiplicantque⁴ suos alieno germine fœtus.
Conveniunt etenim per littora sæpius angues
Quo degunt, faciuntque sonos et sibila grati,
Et sic eductis coeunt ex more murænis.

« Est quoque mirandum quod semipedalis *echinus*,
Hærens cui fuerit fixam quasi littore navem
Detinet in ponto, nec eam permittet abire
Donec discedat; tali virtute timendus.
Quemque vocant *gladium*⁵, quia rostro lædit acuto,
Sæpius hunc nantem metuunt⁶ accedere navi;
Nam si sumptus erit confestim perforat illam,

¹ Ms. habet *piscis*. — ² *Sunt*, Pr. Ed. — ³ *Feminei sexus s. mare*, con-
jicit primus edit. — ⁴ *Multiplicantque*, habet ms. — ⁵ *Gladium*, ms. — ⁶ Pro-
jectione mst., substituta est in prima editione *nautæ metunt*.

Et mergit sectam subito cum gurgite navem.
 Fitque suis cristis metuendus *serra carinis*,
 Quas infigit eis dum subnatat, atque secatas
 Deicit in fluctus, crista velut ense timendus.

« *Æquoreusque draco*, qui fertur habere *venenum*
 Sub pennis, metuendus erit capientibus illum;
 Et quociens pungit, lædit, fundendo *venenum*.

« *Ast alias clades torpedo* fertur habere;
 Nam qui tangit eam *viventem*, protinus illi
 Brachia cum pedibus torpent, et cætera membra,
 Officioque suo quasi mortua destituuntur:
 Sic solet esse nocens illius corporis aura.

« *Hiis Deus ac aliis ditavit piscibus æquor*;
Adjecitque suis plures in fructibus orbes,
Quos habitant homines pro fertilitate reperta,
Quam producit ibi fœcundo cespite tellus.
Quarum prima quidem meliorque Britannia fertur,
Ubertate sua producens singula rerum:
Fert etenim segetes quæ nobile munus odoris
Usibus humanis tribuunt, reddendo per annum;
Silvas et saltus, et ab hiis stillantia mella,
Aerios montes, lateque virentia prata,
Fontes et fluvios, pisces, pecudesque, ferasque,
Arboreos fructus, gemmas, preciosa metalla,
Et quicquid præstare solet natura creatrix.
Præterea fontes unda fervente salubres,
Quæ fovet ægrotos et balnea grata ministrat,

At subito sanos pellit, languore repulso.
 Sic ac blandus ¹ eos regni dum sceptra teneret
 Constituit nomenque suæ consortis Alaron.
 Utilis ad plures laticis medicamine morbos,
 Set mage femineos, ut sæpius unda probavit.

« Adjacet huic Thanatos, quæ multis rebus habundat;
 Mortifero serpente caret, tollitque venenum
 Si sua cum vino tellus commixta bibatur.

« Orchades a nobis nostrum quoque dividit æquor,
 Hæ ² tres ter denæ sejuncto flumine fiunt:
 Bis denæ cultore carent, aliæque coluntur.
 Ultima quæ Ytilie ³ nomen de sole recepit
 Propter solstitionem, quod sol æstivus ibidem
 Dum facit, avertit radium, ne luceat ultra;
 Abducitque dies ut semper nocte perhenni
 Aer agat tenebras, faciat quoque frigore pontum
 Concretum pigrumque simul, ratibusque negatum.

« Insula post nostram præstantior omnibus esse
 Fertur Hibernensis, felici fertilitate.
 Est etiam major, nec apes, nec aves nisi raras
 Educit, penitusque negat generare colubres.
 Unde fit ut tellus illinc avecta lapisve
 Si superaddatur, serpentes tollat apesque.

« Gadibus Herculeis adjungitur insula Gades :

¹ Forte leg. sic Bladudus. — ² Hec ms. — ³ Forte legendum Thule.

Nascitur hic arbor cujus de cortice gummi
 Stillat, quo gemmæ fiunt super illita jura.
 Hesperides vigilem perhibentur habere draconem,
 Quem servare ferunt sub frondibus aurea poma.
 Gorgades habitant mulieres¹ corporis hirci,
 Quæ celeri cursu lepores superare feruntur.
 Argiræ Crissæque gerunt ut dicitur aurum,
 Argentumque simul ceu vilia saxa Corinthus.

Taprobana viret fœcunda cespite grata;
 Bis etenim segetes anno producit in uno,
 Bis gerit æstatem, bis ver, bis colligit uvas
 Et fructus alios; nitidis gratissima gemis².
 Atilis æterno producit vere virentes
 Flores et frondes, per tempora cuncta virendo.
 Insula Pomorum quæ Fortunata vocatur,
 Ex re nomen habet, quia per se singula profert:
 Non opus est illi sulpantibus arva colonis;
 Omnis abest cultus nisi quem natura ministrat:
 Ultro fœcundas segetes producit et uvas,
 Nataque poma suis prætonso germine silvis;
 Omnia gignit humus vice graminis ultro redundans.
 Annis centenis aut ultra vivitur illic,
 Illic jura novem geniali lege sorores
 Dant his qui veniunt nostris ex partibus ad se:
 Quarum quæ prior est fit doctior arte medendi;
 Exceditque suas forma præstante sorores;
 Morgen ei nomen, didicisque quid utilitatis

¹ Sic ms. — ² Sic ms.

Gramina cuncta ferant, ut languida corpora curet;
 Ars quoque nota sibi qua scit mutare figuram,
 Et resecare novis quasi Dædalus aera pennis;
 Cum vult est Bristi, Carnoti, sive Papiæ,
 Cum vult in nostris ex aere labitur horis.
 Hancque mathematicam dicunt didicisse sorores,
 Moronoe, Mazoe, Gliten, Glitonea, Gliton,
 Tyronoe, Thiten, cithara notissima Thiten.
 Illuc; post bellum Camblani, vulnere læsum
 Duximus Arcturum, nos conducente Barintho,
 Aequora cui fuerant et cœli sydera nota.
 Hoc rectore ratis, cum principe venimus illuc,
 Et nos quo decuit Morgen suscepit honore,
 Inque suis talamis posuit super aurea regem
 Stulta¹, manuque sibi detexit vulnus honesta,
 Inspexitque diu; tandemque redire salutem
 Posse sibi dixit, si secum tempore longo
 Esset, et ipsius vellet medicamine fungi.
 Gaudentes igitur regem commisimus illi,
 Et dedimus ventis redeundo vela secundis. »

Tunc Merlinus ad hæc ait: « O! dilecte sodalis²,
 Postmodo³ quanta tulit violato födere regnum⁴,
 Ut modo quod fuerat non sit! nam sorte sinistra⁵
 Subducti proceres ac⁶ in sua viscera versi⁷,
 Omnia turbarunt, ut copia diviciarum
 Fugerit ex patria bonitasque recesserit omnis,

¹ Fortasse legendum *strata*. — ² Pro his, exempl. in Polychron. asservat., quæ totam Thelgesini orationem omittunt, habent Tunc *Thelgesinus* (vel *Telgesinus*), cui *Merlinus* cito dixit. — ³ *Postinus*, c. 2. — ⁴ *Re-gum*, H, mendose. — ⁵ *Sinistrat*, c. 2. — ⁶ *Simul*, R, atque, c. 2, atque etiam H, sed in hoc manuscript. deletur secunda syllaba. — ⁷ *Ursi*, c. 2.

Et desolati vacuent sua mœnia cives.
 Insuper incumbit¹ gens Saxonæ marte feroci,
 Quæ nos et nostras³ iterum crudeliter urbes
 Subvertet⁴, legemque Dei violabit⁵ et ædes.
 Nempe Deus nobis, ut corrigat insipientes,
 Has patitur clades, ob crimina nostra, venire. »

Nondum desierat cum talia protulit alter :

« Ergo necesse⁶ foret populo transmittere quemdam,
 Et mandare duci festina nave redire,
 Si jam convaluit; solitis⁷ ut viribus hostes
 Arceat, et cives antiqua pace reformat. »

« Non⁸; » Merlinus ait, « Non sic gens illa recedet⁹,
 Ut semel in nostris¹⁰ unguis fixerit ortis:
 Regnum namque prius populosque jugabit et urbes,
 Viribus atque suis multis dominabitur annis.
 Tres tamen ex nostris magna virtute resistent,
 Et multos periment, et eos in fine domabunt :
 Set non perficient¹¹, quia¹² sic sententia summi
 Judicis existit, Britones¹³ ut nobile regnum
 Temporibus multis amittant debilitate,
 Donec ab Armorico¹⁴ veniet¹⁵ temone Conanus¹⁶,
 Et Cadwalladrus¹⁷ Cambrorum dum¹⁸ venerandus;

¹ Incumbunt, c. 2, R, et H. — ² Nephando, c. 2, R, et H. — ³ Qui, c. 2 et R, vos, R, vestras, c. 2 et R. — ⁴ Subvertit, c. 1 et 2. — ⁵ Violavit, c. 2. — ⁶ Necesse, ms. c. 1, qui solus habet hos quinque versus *Non-dum... reformat*, excepto Cleop. qui habet *quondam pro quemdam*. — ⁷ Salutis, Cleop. — ⁸ Sed, R. — ⁹ Recedit, c. 2. — ¹⁰ Vestris, c. 1, ortis, R, mendose. In eod. v. Cleop. leg. *fixerat*. — ¹¹ Proficient, c. 2, R et H. — ¹² Quis, c. 1, quæ, c. 2. — ¹³ Dracones, Cleop. male; et amittent in v. seq. — ¹⁴ Armorico, c. 2. — ¹⁵ Veniat, R et H. — ¹⁶ Cognais, H. — ¹⁷ Cadwalladrus, c. 1 et 2. — ¹⁸ Sic omnes codices.

Qui pariter Scotos, Cumbros¹, et Cornubienses,
 Armoricosque viros sociabunt² foedere firmo;
 Amissumque suis reddit diadema colonis,
 Hostibus expulsis, renovato tempore Bruti,
 Tractabuntque suas sacratis legibus urbes.
 Incipient reges³ iterum superare remotos,
 Et sua regna sibi certamine subdere forti. »

« Nemo superstes erit tunc ex hiis qui modo vivunt, »
 Telgesinus ait, « nec tot fera prælia quemquam
 Inter concives, quot⁴ te vidisse putamus. »

« Sic equidem, » Merlinus ait, « nam tempore multo
 Vixi, multa videns, et de nostratibus in se,
 Et de barbarica turbanti singula gente.

« Crimen quod memini cum Constans proditus esset,
 Et defugissent parvi trans æquora fratres
 Uter et Ambrosius, cœperunt illico bella
 Per regnum fieri quod tunc rectore carebat.
 Vortigernus enim consul Gewissus in omnes
 Agmina ducebat patrias, ut duceret illas,
 Lædens innocuos miseranda clade colonos:
 Denique vi subita rapuit diadema, peremptis
 Nobilibus multis et regni cuncta subegit.
 Ast hii qui fuerant cognato sanguine juncti
 Fratribus, id graviter tolerantes, igne cremare
 Cœperunt cunctas infausti principis urbes,

¹ Cambros, c. 1, et Cleop. — ² Vires sociabit, Cleop. — ³ Incipiunt reges, c. 1, incipientque greges, c. 2. Orationes Telgesini et Merlini iterum omittunt cod. Polychron. usque ad v. 1146. — ⁴ Quod, Cleop.

Et turbare suum crudeli milite regnum,
 Nec permiserunt illum cum pace potiri.
 Anxius ergo manens, cum non abstare rebelli
 Quivisset populo, parat invitare remotos
 Ad sua bella viros, quibus obvius iret in hostes.
 Mox ex diversis venerunt partibus orbis
 Pugnaces¹ turmæ, quas excipiebat honore.
 Saxona gens etiam, curvis advecta carinis,
 Ejus ad obsequium galeato milite venit:
 Huic duo præfuerant audaci pectore fratres
 Horsus et Hengistus, qui proditione nefanda
 Postmodo læserunt populos, læsereque urbes².
 Postquam namque ducem famulatus³ sedulitate
 Attraxere sibi, cives quoque lite propinqua
 Viderunt motos leviter quo subdere regem
 Possent; in populos verterunt arma feroce,
 Ruperuntque fidem, proceres quoque præmeditatos⁴
 Fraude necaverunt sedentes ferine vocatos
 Insimul, ut pacem secum foedusque jugarent;
 Truseruntque ducem nivei trans ardua montis:
 Quæ sibi de regno cœpi cantare futura.
 Inde domos patriæ peragrantes igne cremabant,
 Et nitebantur sibimet submittere cuncta.
 At Vortimerus cum causa⁵ pericula regni
 Expulsumque patrem Bruti vidisset ab aula;
 Assensu populi sumpsit diadema, feramque
 Invasit gentem concives dilaniantem,

¹ *Pugnatos*, ms. — ² Sic ms. — ³ Sic ms. « Oportet legere vel *famulantes* vel *famulatum*. » Ed. prima. — ⁴ « Forte *premeditata* ». Ib. — ⁵ Sic ms. sine dubio pro *tanta*.

Atque coegit eam per plurima bella redire
 In Thanatum, qua classis erat quæ vexerat illam.
 Set dum diffugerent, bellator corruit Horsus,
 Et plures alii, nostris perimentibus illos.
 Inde secutus eos circumdedidit obsidione
 Illico rex, Tanathum terra marique resistens :
 Set non prævaluit: subito nam classe potiti,
 Vi magna fecere viam, ductique per æquor
 Exegere suam festino remige terram.

« Ergo triumphato bellis victricibus hoste,
 Fit Vortimerus rector venerandus in orbe,
 Attractando suum justo moderamine regnum.
 Set soror Hengisti successus Renua tales
 Indignando ferens, protectaque fraude venenum
 Miscuit, existens pro fratre maligna noverca,
 Et dedit ut biberet, fecitque perire bibentem :
 Confestimque suo mandavit trans freta fratri,
 Ut remearet item cum tot tantisque catervis
 Quot sibi pugnaces posset submittere cives.
 Sic igitur fecit; nam tantus in agmina nostra
 Venit, ut eriperet cunctis sua prædia prægnans,
 Et loca per patrias penitus combureret igne.

Hæc ita dum fierent, in finibus Armoricanis
 Uter et Ambrosius fuerant cum rege Biduco :
 Jam gladio fiunt cuncti ¹ belloque probati,
 Et sibi diversas sociabant undique turmas,

¹ « Legendum est *cincti* » Prima ed.

Ut peterent natale solum, gentesque fugarent
 Quod¹ tunc instabant patriam vastare paternam.
 Ergo dedere suas vento marique carinas,
 Præsidioque suis concivibus applicuerunt :
 Nam Vortigernum per Cambrica regna fugatum,
 Inclusumque, sua pariter cum turre cremarunt.
 Enses inde suos vertere recenter in Anglos ;
 Congressique simul vincebant sæpius illos,
 Et vice transversa devincebantur ab illis.
 Denique consortis magno conamine dextris
 Instant nostrates, et lædunt acriter hostes,
 Hengistumque necant, Christoque volente triumphant.

« Hiis igitur gestis, cleri populique favore
 Ambrosio regnumque datur, regnique corona ,
 Posmodo quam gessit tractando singula juste.
 Emensis autem per lustra quaterna diebus ,
 Proditur à medico, moriturque bibendo venenum.
 Mox germanus ei successit junior Uter,
 Nec primum potuit regnum cum pace tueri :
 Perfida gens etenim demum consueta redire,
 Venerat, et solita vastabat cuncta phalange.
 Oppugnavit eam sævis congressibus Uter,
 Et pepulit victam trans æquora , remige verso.
 Mox reformavit posito certamine pacem ,
 Progenuitque sibi natum, qui postmodo talis
 Extitit, ut nulli fieret probitate secundus.
 Arturus sibi nomen erat; regnumque per annos
 Optinuit multos, postquam pater Uter obivit :

¹ Sic ms., pro *quaæ*, ut videtur.

Idque dolore gravi gestum fuit atque labore,
Et nece multorum per plurima bella virorum.
Nam dum prædictus princeps langueret, ab Angla
Venerat infidus populus, cunctasque per enses
Trans Humbrum patrias submiserat ac periones;
Et puer Arturus fuerat, nec debilitate
Ætatis poterat tantas compescere turmas.
Ergo consilio cleri populique recepto,
Armorico regi mittens, mandavit Hoeli
Ut sibi præsidio festina classe rediret :
Sanguis enim communis eos sociabat amorque,
Alter ut alterius deberet dampna levare.
Mox igitur collegit Hoel ad bælla feroceſ
Circumquaque viros, et multis milibus ad nos
Venit, et Arturo sociatus, perculit hostes
Sæpius agrediens, et stragem fecit acerbam.
Hoc socio securus erat fortisque per omnes
Arturus turmas, dum progrederetur in hostes,
Quos tandem vicit, patriamque redire coegit,
Composuitque suum legum moderamine regnum.
Mox quoque submisit post hæc certamina Scotos,
Ac Hibernenses, convertens bella, feroceſ
Supposuit patrias illatis viribus omnes :
Et Norwegenses trans æquora lata remotos
Subdidit, et Dacos invisa classe petitos.
Gallorum populos cœſo Frollone subegit,
Cui curam patriæ dederat Romana potestas :
Romanos etiam bello sua regna petentes
Obpugnans vicit, procuratore perempto

Hybero¹ Lucio, qui tunc collegaque Legnis
Induperatoris fuerat, jussuque Senatus
Venerat ut fines Gallorum demeret illi.

« Cœperat interea nostrum sibi subdere regnum
Infidus justos² Modredus desipiensque :
Illicitam venerem cum conjugé regis agebat :
Rex etenim transire volens, ut fertur, in hostes,
Reginam regnumque suum commiserat illi.
Ast ut fama mali tanti sibi venit ad aures,
Distulit hanc belli curam, patriamque revertens
Applicuit multis cum milibus, atque nepotem
Obpugnans pepulit trans æquora diffugientem.
Illic collectis vir plenus proditione
Undique Saxonibus, cœpit committere pugnam
Cum duce, set cecidit, deceptus gente prophana
In qua confisus tantos incepérat actus.
O quantas hominum strages matrumque dolores
Quarum conciderant illic per prælia nati !
Illic rex etiam letali vulnere læsus
Deseruit regnum, tecumque per æquora vectus,
Ut prædictisti, nimpharum venit ad aulam.
Illico Modredi duo nati regna volentes
Subdere quisque sibi, cœperunt bella movere,
Alternaque suos prosternere cæde propinquos.
Deinde nepos regis dux Constantinus in illos
Ariter insurgens, populos laniavit et urbes,
Prostratisque simul crudeli morte duobus,

¹ Lege ex Hist. Brit. Tiberio. — ² Sic ms. pro custos.

Jura dedit populo, regni diademate sumpto.
 Nec cum pace fuit, quoniam cognatus in illum
 Prælia dira movens violavit cuncta Conanus;
 Proripuitque sibi regiones, rege perempto,
 Quas nunc debiliter nec cum ratione gubernat. »

Hæc¹ illo dicente, cito venere clientes,
 Et dixere sibi fontem sub montibus illis
 Erupisse novum, laticesque refundere puros,
 Qui jam manantes longe per concava vallis
 Girabant saltus refluo cum murmure lapsu.
 Mox agitur spectare novum consurgit uterque
 Festinus fontem, visoque, resedit in herba
 Merlinus, laudatque locum limphasque fluentes,
 Et miratur eas de cespite taliter ortas.
 Moxque siti captus² se proclinavit in amnes³,
 Potavitque libens, et tempora⁴ proluit unda:
 Utque per internos alvi stomachique meatus
 Humor iit laticis, subsedavitque vaporem
 Corporis interni, confestim mente recepta.
 Sese cognovit, rabiem quoque perdidit omnem;
 Et qui torpuerat per longum tempus in illo
 Sensus item rediit, mansitque quod ante manebat
 Sanus et incolumis rursus, ratione recepta.
 Ergo Deum laudans vultus ad sidera tollit,
 Edidit et voces devoto famine tales⁵.

¹ Sic, c. 2, R et H, qui hic rursus incipiunt. *Hoc*, habet, c. 1. — ² *Siti raptus*, c. 2, *siti raptus*, R, *sui raptus*, H. — ³ *Ad ampnes*, c. 2. — ⁴ *Tympana*, R, *tempora*, H. — ⁵ *Laudis*, c. 2, R et H.

« O rex ! siderea quo constat machina cœli,
 Quo mare, quo tellus læto cum gramine foetus
 Dantque foventque suos, crebroque juvamine prosunt
 Humano generi profusa fertilitate ;
 Quo sensus rediit mentisque revanuit : error !
 Raptus eram michimet ; quasi spiritus acta sciebam
 Præteriti populi prædicebamque futura ;
 Tunc rerum secreta sciens, volucrumque volatus,
 Stellarumque vagos motus, lapsusque natantum.
 Id me vexabat, naturalemque negabat³
 Humanæ menti districta lege quietem :
 Nunc in me redii, videoque⁴ vigore moveri
 Quo vegetare meos animus consueverat artus⁵.
 Ergo, Summe Pater, tibi sic obnoxius esse
 Debeo, condignas ut digno pectore laudes
 Dicam, semper agens lætus libamina læta.
 Bis etenim tua larga manus mihi profuit uni,
 Munere dando novum viridi de cespite fontem :
 Nam modo possideo latices quibus ante carebam,
 Et reducem capitisi sumpsi potando salutem.

« Ista set unde venit vis⁶, o dilecte sodalis,
 Ut fons iste novus sic effluit, atque reformat
 Me mihi, qui fueram quasi vecors hactenus ex me ? »

Telgesinus ait : « Rerum Moderator optimus

¹ *Renuit*, c. 2, mendose. — ² *Concinnabam*, c. 2, R et H. — ³ *Vigebat*, c. 2. — ⁴ *Redeor*, videoque, c. 2. — ⁵ *Arctus*, c. 1. Hic finiunt codices Polychron. exceptis quinque versibus. *Res michi... carnem*, infra, v. 1294. — ⁶ *Bis*, ms., mendose tamen, ut videtur.

Flumina per species divisit, et addidit ultro
 Cuique ¹ suas vires ut prosint saepius ægris.
 Sunt etenim fontes fluviique lacusque per orbem,
 Qui virtute sua multis et saepè medentur.
 Albula namque rapax Romæ fluit amne salubri,
 Quem sanare ferunt certo medicamine vulnus.
 Manat in Italia fons alter, qui Ciceronis
 Dicitur; hic oculos ex omni vulnere curat.
 Æthiopes etiam stagnum perhibentur habere
 Quo velut ex oleo facies perfusa nitescit.
 Africa fert fontem qui vulgo Zema vocatur;
 Potuſ dat voces subita virtute canoras.
 Dat lacus Italiæ Dictonus tædia vini;
 Qui de fonte Chios potant perhibentur habere ².
 Fertur habere duos tellus Boetica fontes;
 Hic facit immemores, memores facit ille bibentes.
 Continet ipsa lacum tam dira peste nocivum,
 Ut generet furias nimiaque libidinis æstum.
 Fons Syticus venerem, venerisque repellit amorem.
 Campana regione fluunt, ut dicitur, amnes
 Qui faciunt steriles fœcundas flumine poto:
 Idem dicuntur furias abolere virorum.
 Æthiopum tellus fert rubro flumine fontem;
 Qui bibit ex illo lymphaticus inde redibit.
 Fons Lentus fieri numquam permittit abortum.
 Sunt duo Syciliæ fontes; steriles facit alter,

¹ *Cunque*, ms. — ² Versus unus, vel forte plures, videtur hic periisse.

Alter fœcundans geniali lege puellas.
 Flumina Thessalæ duo sunt virtutis opimæ ;
 Hoc potans nigrescit ovis, candescit ab illo ;
 Ast ab utroque bibens variato vellere degit.
 Clitumnus lacus est, quem continet Umbrica tellus ;
 Hic aliquando boves fertur producere magnos :
 Inque Reatina fit equorum dura palude
 Ungula confestim dum progrediuntur arenas.
 Asphaltite ¹ lacu Judææ, corpora mergi
 Nequaquam possunt, vegetat dum spiritus illa.
 At contra stagnum Sygen fert Indica tellus,
 Quo res nulla natat, set mergitur ilico fundo :
 Et lacus est Aloe quo res non mergitur ulla,
 Omnia set fluitant quamvis sint plumbea saxa ;
 Fons quoque Marsidiæ compellit saxa natare.
 Stix fluvius de rupe fluit, perimitque bidentes ;
 Hac clades ejus testatur Achadia tellus.
 Fons Ydumeus quater inmutando diebus ,
 Mira lege , suos fertur variare colores ;
 Pulverulentus enim , viridisque fit , ordine verso ,
 Fit quoque sanguineus , fit limpidus amne decoro :
 Ex hiis per ternos unum retinere colorem
 Asseritur menses , semper volventibus annis.
 Rogotis lacus est , ejus quoque profluit unda :
 Ter fit amara die , ter dulci grata sapore.
 Epiri de fonte faces ardere feruntur
 Extinctæ , rursusque suum deponere lumen.

¹ *A falci*, ms. mendose.

Sic algere die perhibetur fons Garamantum,
 Et, vice transversa, tota fervescere nocte,
 Ut neget accessum præ frigore præque calore.
 Sunt et aquæ calidæ multos fervore minantes,
 Fervoremque trahunt, dum perlabantur alumæ
 Aut sulphur, quibus est vis ignea grata medendi.
 His aliisque Deus ditavit viribus amnes,
 Ut fierent ægris subitæ medicina salutis,
 Et manifestarent quanta virtute Creator
 Præmineat rebus, dum sic operatur in illis.
 Hos etiam latices summa ratione salubres
 Esse reor, subitamque reor conferre medelam,
 Nunc potuere novo sic erumpendo liquore.
 Hii modo sub terra per concava cœca fluebant,
 Ut plures alii quæ submanare feruntur;
 Forsitan excursus illorum præpediente
 Obice, vel saxi, vel terræ pondere lapsæ.
 Retrogradum cursum facientes arbitror illos
 Paulatim penetrasse solum fontemque degisse.
 Sic plures manare vides, iterumque redire
 Sub terram, rursusque suas tenuisse cavernas. »

Hæc ita dum gererent, rumor discurrat ubique
 In Calidone novum silvis erumpere fontem,
 Sanatumque virum postquam potavit ab illo,
 Tempore qui multo rabie corruptus, et isdem
 Extiterat silvis ritu vivendo ferarum.
 Mox igitur venere duces proceresque videre,
 Et collætari curato flumine vati.
 Cumque statum patriæ per singula notificassent,
 Atque rogaretur sua sceptra resumere rursus

Et tractare suam solito moderamine gentem;
 Sic ait: « O juvenes! mea non hoc exigit ætas
 In senium vergens, quæ sic michi corripit artus
 Ut vix præteream laxatis viribus arva.
 Jam satis exegi longævo tempore lætos
 Glorificando dies, michi dum rideret habundans
 Copia magnarum profuse diviciarum.
 Roboris annosi silva stat quercus in ista,
 Quam sic exegit consumens cuncta vetustas
 Ut sibi deficiat succus, penitusque putrescat.
 Hanc ego cum primum coepisset crescere vidi,
 Et glandem de qua processit forte cadentem
 Dum super astaret picus ramumque videret,
 Hic illam crevisse suo jam pene sedebam
 Singula prospiciens, tunc et verebar in istis
 Saltibus atque locum memori cum mente notavi.
 Ergo diu vixi, mea me gravitate senectus
 Detinuit dudum, rursus regnare recuso.
 Me Calidonis opes viridi sub fronde manentem
 Delectant pocius quam quas fert India gemmæ,
 Quam quod habere Tagus per littora dicitur aurum,
 Quam segetes Siculæ, quam dulcis Methidis uvæ,
 Aut celsæ turres aut cinctæ mœnibus urbes,
 Aut fragilantes¹ Tirio medicamine vestes.
 Res mihi nulla placet me² quæ divellere possit
 Ex³ Calidone mea, me judice, semper amena.
 Hic ero dum vivam pomis contentus et herbis;
 Et mundabo meam⁴ pia per jejunia carnem,
 Ut valeam fungi vita sine fine perhenni. »

¹ Sic ms. — ² Sic c. 2, R. et H. quæ me, c. 1. — ³ A Calidone, c. 2, R. et H. — ⁴ Mea, c. 2, mendose, ut videtur.

Hæc dum dicebat, proceres super æthera cernunt
 Agmina longa gruum, flexo per inane volatu
 Ordine girantes per littora certa videre
 Posset in exstructa liquido super aere turma.
 Hæc admirantes, Merlinum dicere poscunt
 Quid certe fuerat quod tali more volarent.

Mox Merlinus eis: « Volucres, ut cætera plura,
 Natura propria ditavit Conditor orbis;
 Sic didici multis silvis habitando diebus.
 Est igitur natura *gruum*, dum celsa pererrant
 Si plures assint, ut earum sæpe volatu
 Aut hanc aut aliam videamus inesse figuram:
 Una modo¹ clamando monet servare volando,
 Turbatus solitis ne discrepet ordo figuris:
 Aut dum raucescit suhit altera deficienti.
 Excubias noctis faciunt, custosque lapillum
 Sustinet in digitis dum vult expellere sompnos:
 Cumque vident aliquos, subito clamore citantur.
 Pennæ nigrescunt cunctarum quando senescunt.

Ast *aquilæ*, quæ nomen habent ab acumine visus,
 Obtutus tanti præ cunctis esse feruntur,
 Ut perferre queant, non flexo lumine, solem;
 Ad radium pullos suspendunt, scire volentes
 Illo vitato ne degener extet in illis.
 In montis sullime manent super æquora pennis,
 Aspirantque² suas imo sub gurgite prædas;

¹ « Legendum forte *modum*, *volandi*. » Pr. ed. — ² « *Lege aspiciuntque*. » Pr. ed.

Ilico descendunt rapido per inane¹ volatu ,
Et rapiunt pisces ut poscit origo natantis².

« Postposito coitu, sine semine saepe mariti
Concipit et generat (dictu mirabile) *vultur* :
Hæc per celsa volans aquilarum more, cadaver
Naribus elatis longe trans æquora sentit,
Quod quamvis tardo non horret adire volatu,
Ut sese valeat præda saciare cupita.
Idem centenis robustus vivit in annis.

« Nuntia veris avis crepitante *ciconia* rostro ,
Dicta fovere suos in tantum sedula natos ,
Exuat ut proprias nudato pectore plumas :
Hæc cum bruma venit, fertur vitare procellas ,
Et fines Asiæ ductu cornicis adire.
Pascit eam pullus senio cum deficit ætas ,
Quod depavit eum jam debuit ipsa diebus.

« Excedit volucres dulci modulamine cunctas ,
Cum moritur, *cignus*, nautis gratissimus ales.
Hunc in Hiperboreo perhibent accedere tractu ,
Ad cantum citharæ per littora forte sonantis.

« *Strucio* quæ ponit sub pulvere deserit ova ,
Ut foveantur ibi dum negligat ipsa fovere :
Inde creaturæ aves radio pro matre cubante.

« *Ardea*, cum pluvias tempestatesque perhorret ,
Evolat ad nubes ut tanta pericula vitet.

¹ Manus posterior in msto., legens *mane* pro *inane*, substituit *r* pro *n*, metro tamen repugnante. — ² Sic ms. pro *natantes*, ut videtur.

Hinc illam subitos dicunt portendere nimbos,
Sublimem quo ciens spectant super æthera nautæ.

« Unica semper avis divino munere *phœnix*
In terris Arabum redivivo corpore surgit :
Cumque senescit adit loca fervidiora calore
Solis, et ingentes ab aromate jungit acervos,
Componitque rogam, quem crebris motibus alæ
Succedit, ferturque super, penitusque crematur.
Producit volucrem pulvis de corpore facto¹,
Et fit item *phœnix* hac lege novata per ævum.

« Nidificare volens fert cinnom[on] *cinomolgus*,
Ædificatque suum pro cero robore nidum :
Illinc pennatis homines abducere telis
Moverunt cumulum soliti transmittere venum.

« *Alcion*² avis est quæ stagna marina frequentat,
Ædificatque suos hiemali tempore nidos :
Dum cubat, æquora sunt septem tranquilla diebus,
Et venti cessant, tempestatesque remissæ
In pendunt, placidam volucri famulando quietem.

« *Psitacus* humanam propri[o] modulamine vocem
Dum non spectatur prorsus proferre putatur :
Inter miscet « ave » verbis et « chære » jocosis.

« Est *pelicanus* avis pullos consueta necare,
Et confusa tribus lugere dolore diebus.

¹ Sic ms. pro *facta*. — ² *Aleion*, ms. mendose.

Et scindens venas educit sanguinis undas,
Et vitæ reduces reddit rorando volucres.

« Dum *Diomedæ* lacrimosa voce resultant,
Et faciunt planctus, subitam portendere mortem
Dicentur regum, vel magna pericula regni:
Cumque vident aliquem, discernunt illico quis sit,
Barbarus an Græcus; nam Græcum plausibus alæ
Et blandimentis adeunt, lætæque resultant;
Circueunt alios, pennisque feruntur inquis,
Horrentique sono velut hostes agrediuntur.

« *Mennonides* quinto semper dicuntur in anno
Mennonis ad tumulum longo remeare volatu,
Et deflere ducem Trojano marte peremptum.

« Fert quoque mirandam splendens *circinea* pennam,
Nocte sub obscura quæ fulget ut ignea lampas,
Atque ministrat iter si præportetur eunti.

« Quando nidificat, divellit¹ ab arbore *picus*
Claveos et cuneos quos non divelleret ullus;
Cujus ab impulsu vicinia tota resultant. »

His igitur dictis, quidam vesanus ad illos
Accessit subito, seu sors conduixerat illum;
Terrifico clamore nemus complebat et auras,
Denique supposito laniat sua corpora rostro,

¹ Ms. *devellit*.

Et quasi sævus aper spumabat, bella minando.
 Ocius ergo virum capiunt, secumque sedere
 Cogunt, ut moveat risusque jocosque loquendo.
 Inspiciens igitur vates attentius illum,
 Quis fuerit recolit, gemitumque reducit ab imo
 Pectore, sic dicens: « Non hæc fuit ejus ymago
 Olim, dum nobis juvenilis floruit ætas :
 Pulcher enim fortis fuerat tunc tempore miles,
 Et quem nobilitas regumque ferebat origo !
 Hunc mecum pluresque simul tunc dives habebam,
 Totque bonis sociis felix censebar eramque.
 Accidit interea dum venaremur in altis
 Montibus Argustli nos devenisse sub una
 Quæ patulis ramis surgebat¹ in aera queru.
 Fons ibi manabat viridi circumdatus herba,
 Cujus erant latices humanis haustibus apti;
 Ergo siti pariter correpti, sedimus illic,
 Et fontis puros avide libavimus amnes.
 Deinde super teneras solito conspeximus herbas
 In rivo fontis redolentia poma jacere:
 Mox ea collegit qui primus adhaeserat iste,
 Porrexitque michi, subito pro munere ridens.
 Ergo distribui data poma sodalibus, et me
 Expertem feci, quia non suffecit acervus.
 Riserunt alii quibus impertita fuerunt,
 Meque vocant largum, cupidis quoque faucibus illa
 Agrediendo vorant, et pauca fuisse queruntur.
 Nec mora: corripuit rabies miserabilis istum

¹ *Surgebant*, ms. mendose.

Et cunctos alios, qui mox ratione carentes
 More canum sese lacerant mordendo vicissim;
 Strident et spumant, et humi sine mente voluant.
 Denique digressi sunt illinc, more lupino,
 Complentes vacuas miseris ululatibus auras.
 Hæc mihi non illis, velut æstimo, poma dabantur;
 Postmodo seu didici; nam tunc in partibus illis
 Una fuit mulier, quæ me dilexerat ante
 Et mecum multis venerem saciaverat annis:
 Hanc postquam sprevi secumque coïre negavi,
 Ut me dampnaret rapuit mox læva voluntas.
 Cumque movens aditus alios reperire nequiret,
 Apposuit fonti super illita dona veneni,
 Quo redditurus eram, meditans hac arte nocere
 Si fruerer pomis in gramine forte repertis.
 At me sors melior sic conservavit ab illis
 Ut modo prædixi: set eum compellere quæso
 Hoc de fonte novo limphas potare salubres,
 Ut, si forte suam possit rehabere salutem,
 Se cognoscat item, mecumque laboret in istis
 Saltibus in Domino dum postera vita manebit. »

Sic igitur fecere duces; sumptoque liquore
 Redditur ille sibi qui vecors venerat illuc,
 Cognovitque suos subito curatus amicos.

Tunc Merlinus ait: « Tibi nunc constanter eundum
 Est in agone Dei, qui te tibi reddidit, ut nunc
 Ipsemet inspectas qui per deserta tot annis

Ut fera vixisti sine sensu turpis eundo;
 Ne modo diffugias frutices, ratione recepta,
 Aut virides saltus quos jam limphando colebas,
 Set mecum maneas; ut quos tibi surripiebat
 Vis verunca dies, iterum reparare labores
 Obsequio Domini, quod erit per singula mecum
 Ex hoc nunc commune tibi, dum vivit uterque. »

Ergo sub hoc Maeldinus ait, nam nomine tali
 Dictus erat : « Non hoc, patèr o venerande, recuso !
 Lætus enim tecum silvas habitabo, Deumque
 Tota mente colam, tremulos dum rexerit artus
 Spiritus iste meos, quem te doctore piabo.

« Sic et ego faciam vobiscum tertius auctus; »
 Telgesinus ait : « Despecto themate mundi !
 Jam satis exegi vivendo tempora vane,
 Et nunc tempus adest quo me mihi te duce reddam.
 Vos set abite duces urbes defendere vestras :
 Non decet ut nostram vestro sermone quietem
 A modo turbetis : satis applausistis amico. »

Discedunt proceres, remanent tres et Ganieda
 Quarta, soror vatis, sumpta quoque denique vita
 Ducebat vitam regis post fata pudicam,
 Quæ modo tot populos indicto jure regebat,
 Nunc cum fratre sibi silvis nil dulcius exstat.
 Hanc etiam quandoque suis rapiebat ad alta
 Spiritus, ut caneret de regno sæpe futura.

Ergo die quadam cum fratrī staret in aula,
Inspiceretque domos radientes sole fenestra,
Edidit has dubias dubio de pectore voces:

« Cerno Ridichenam galeatis gentibus urbem
Impletam, sacrosque viros, sacrasque tyaras
Nexibus addictos, sic, consiliante juventa,
Pastor in excelsa mirabitur edita turris,
Et reserare sui cogetur fistic dampni.

« Cerno Kærloctoyc vallatam milite sævo
Inclusosque duos quorum divellitur alter
Ut redeat cum gente fera, cum principe vallis,
Et vincat rapto sævam rectore catervam.
Heu quantum scelus est, capiant ut sidera solem!
Cui sullabuntur nec vi nec marte coacta.
Inspicio binas prope Kærwen in aere lunas,
Gestarique duos nimia feritate leones.
Inque duos homines unus miratur, et alter
In totidem, pugnamque parant et minus astant:
Insurgunt alii, quartumque ferocibus armis
A critter obpugnant, nec prævalet ullus eorum,
Perstat enim clipeumque movet telisque repugnat,
Et victor ternos confestim proterit hostes,
Impellitque duos trans frigida regna Boetes,
Dans alii veniam qui postulat, ergo per omnes
Diffugiunt partes totius sidera campi.
Armoricanus aper queru protectus avita,
Abducit lunam gladiis post terga rotatis.
Sidera bina feris video committere pugnam

Colle sub Urgenio quo convenire ¹ Deyri
 Gewissique simul, magno regnante Cohelo.
 O quanto ² sudore viri tellusque crux
 Manat, in externas dum dantur vulnera gentes.
 Considit in latebras collisum sidere sidus,
 Absconditque suum renovato lumine lumen.

« Heu quam dira fames incumbit, ut arceat alvos
 Evacuatque suos populorum viribus arctus !
 Incipit a Kambris, peragratque cacumina regni,
 Et miseras gentes æquor transire cohercet.
 Diffugiunt vituli consueti vivere lacte
 Vaccarum Scotiae morientum clade nephanda.
 Iteque, Neustrenses ! cessate diutius arma
 Ferre per ingenium ³ violento milite regnum.
 Non est unde gulam valeatis pascere vestram,
 Consumpsistis enim quicquid natura creatrix
 Fertilitate bona dudum produxit in illa.
 Christe ! tuo populo fer opem : compesce leones
 Da regno placidam, bello cessante, quietem. »

Non super hoc tacuit, commiranturque sodales,
 Germanusque suus, qui mox accessit ad illam,
 Hocque modo verbis applaudens fertur amicis.
 « Tene soror voluit res præcantare futuras
 Spiritus, osque meum compescuit atque libellum ?
 Ergo tibi labor iste datur ; læteris in illo,
 Auspiciisque meis devote singula dicas. »

¹ Sic ms. pro *convenere*. — ² Ms. *quanta*. — ³ Sic ms. pro *ingenium*, ut videtur.

Duximus ad metam carmen: vos ergo Britanni
Laurea serta date Gaufrido de Monumeta¹.
Est etenim vester: nam quondam prælia vestra
Vestrorumque ducum cecinit, scripsitque libellum
Quem nunc Gesta vocant Britonum celebrata per orbem.

EXPLICIT VITA MERLINI CALIDONII PER GALFRIDUM
MONEMUTENSEM².

¹ Sic ms. pro *Monemuta*. — ² Recentissima manu subscriptus colophon.

GALFRIDI MONEMUTENSIS
LIBER
DE PROPHETIIS
MERLINI.

DE PROPHETIIS

MERLINI.

LIBER QUARTUS.

PROLOGUS.

NONDUM autem ad hunc locum historiæ perveneram, cum, de Merlino divulgato rumore, compellebant me undique contemporanei mei prophetias ipsius edere : maxime autem Alexander Lincolniensis episcopus, vir summae religionis et prudentiæ¹. Non erat alter in clero sive in populo cui tot famularentur nobiles, quos ipsius mansueta pietas et benigna largitas in obsequium ejus alliciebat. Cui cum satisfacere prælegerissem, prophetias transtuli, et eidem cum hujusmodi litteris direxi :

Coegit me, Alexander Lincolniensis præsul, nobilitatis tuæ dilectio prophetias Merlini de britannico in latinum transferre antequam historiam parasset quam de gestis regum britannorum inceperam. Proposueram enim illam prius perficere, istudque opus subsequenter explicare, ne dum uteisque labor ingrueret, sensus meus ad singula minus sufficeret. Attamen

¹ Ms. alias, qui hunc prologum paulo aliter præbet, hic, pro *vir s. r.* et *p.*, habet *vir prudens et eruditus*.

quia securus eram veniae quam discretio subtilis ingenii tui daret, agrestem calamum meum libellis apposui, et plebeio modulamine ignotum tibi interpretatus sum sermonem. Admodum autem admiror, quod id pauperi stilo dignatus es committere, cum tot doctiores, tot ditiores, virga potestatis tuæ coercent, qui sublimioris carminis delectamento aures minervæ tuæ mulcerent, et ut omnes philosophos totius Britanniaæ insulæ præteream, tu solus es, quod non erubesco fateri, qui præ cæteris audaci lyra caneres, nisi te culmen honoris ad majora negocia vocaret. Quem ergo placuit ut Gaufridus Monumetensis fistulam quam in hoc vaticinio sonaret, modulationibus suis favere non diffugias; et si quid inordinate sive viciose protulerit, ferula Camœnarum tuarum in rectum advertas concentum.

INCIPIT PROPHETIA.

Sedente itaque Vortigerno Britonum rege super ripam hausti stagni, egressi sunt duo dracones, quorum unus erat albus et alter rubeus. Cumque alter alteri appropinquasset, diram commiserunt pugnam, et ignem hanelitu suo procreabant. Prævalebat autem albus draco rubeumque usque ad lacus extremitatem fugabat. At ille, cum se expulsum doluissest, impetum fecit in album ipsumque retro ire coegit. Ipsiis ergo in hunc modum pugnantibus, præcepit rex Ambrosio Merlino dicere quid draconum prælium prætendebat. Mox ille infletum erumpens spiritum hausit prophetiæ et ait: «Væ rubeo draconi! nam exterminatio ejus festinat. Cavernas ejus occupabit albus, qui Saxones quos invitasti significat. Rubeus vero gentem designat Britanniaæ, quæ ab albo opprimetur. Montes itaque ejus ut valles æquabuntur, et flumina vallium sanguine manabunt. Cultus religionis delebitur, et ecclesiarum

ruina patebit. Prævalebit tandem oppressa et exterorum sævitiae resistet; aper etenim Cornubiæ succursum præstabit, et colla eorum sub pedibus suis conculcabit. Insulæ Oceani potestati ipsius subdentur, et gallicanos possidebit saltus. Timebit Romulea domus sævitiam ipsius, et exitus ejus dubius erit. In ore populorum celebrabitur, et actus ejus cibus erit narrantibus. Sex posteri ejus sequentur sceptrum; sed post ipsos exsurget germanicus vermis. Sublimabit illum æquoreus lupus, quem africana nemora comitabuntur. Delebitur iterum religio, et transmutatio primarum sedium erit. Dignitas Londoniæ adornabit Doroberniam, et pastor eboracensis septimus in armorico regno frequentabitur. Mænia urbis Legionum pallio induentur, et prædicator Hiberniæ propter infantem in utero crescentem obmutescat. Pluet sanguineus imber, et dira famæ mortales afficiet. His supervenientibus, dolebit rubeus; sed emenso labore vigebit. Tunc infortunium albi festinabit, et ædificia ortulorum ejus diruentur. Septem sceptrigeri perimentur, et unus eorum sanctificabitur. Ventres matrum truncabuntur et infantes abortivi erunt. Erit ingens supplicium hominum, ut indigenæ restituentur. Qui faciet hæc æneum virum induet, et per multa tempora super æneum equum portas Londoniæ servabit. Exinde in proprios mores revertetur rubeus draco, et in seipsum servire¹ laborabit. Superveniet itaque ultio tonantis, quia omnis ager colonos decipiet. Arripiet mortalitas populum, cunctaque nationes evacuabit. Residui natale solum deserent, et exteris culturas seminabunt. Rex benedictus parabit navigium, et in aula inter beatos duodecimus annumerabitur. Erit misera regni desolatio, et areæ messium infructuosus saltus redibunt. Exsurget iterum albus draco et filiam Germaniæ in-

¹ *Al. venire.*

vabit. Replebuntur iterum ortuli nostri alieno semine, et in extremitate stagni languebit rubeus. Exinde coronabitur germanicus vermis, et æneus princeps humabitur¹. Terminus illi positus est, quem transvolare nequibit. Centum namque quinquaginta annis in inquietudine et subjectione manebit: trecentis vero insidebit. Tunc exurget in illum aquilo, et flores quos zephyrus procreavit eripiet. Erit deauratio in templis, nec acumen gladiorum cessabit. Vix obtinebit cavernas suas germanicus vermis, quia ultio prodigionis ejus superveniet. Vigebit tandem paulisper; sed decimatio Neustriæ nocebit. Populus namque in ligno et ferreis tunicis superveniet, qui vindictam de nequitia ipsius sumet. Restaurabit pristinis incolis mansiones, et ruina alienigenarum patebit. Germen albi draconis ex ortulis nostris abradetur, et reliquæ generacionis ejus decimabuntur. Jugum perpetuae servitutis ferent, matremque suam ligonibus et aratris vulnerabunt. Succendent duo dracones quorum alter invidiæ spiculo suffocabitur, alter vero sub umbra nominis ridebit. Succedet leo justitiæ, ad cuius rugitum gallicanæ turres et insulani dracones trement. In diebus illis aurum de lilio et urtica extorquebitur, et argentum ex unguis mugientium manabit. Calamistrati varia vellera vestient, et exterior habitus interiora signabit. Pedes latrantium truncabuntur. Pacem habebunt feræ, et humanitas supplicium dolebit. Findetur forma commercii, dimidium rotundum erit². Peribit milvorum rapacitas, et luporum dentes hebetabuntur. Catuli leonis in equoreos pisces transformabuntur, et aquila ejus super montem aranium nidificavit. Venedocia

¹ Æneus princeps justitiæ h. *Ms. al. voce illa justiciæ a glossatore quodam inserta, ut videtur.* — ² De prophetia ista vide *Annals of the Coinage of Britain and its Dependencies...* by the Rev. Rogers Ruding. London: printed for Lackington, etc., 1819, in-8°, vol. II, p. 2, note f. F. M.

rubebit materno sanguine, et domus Corinei sex fratres interficiet. Nocturnis lachrymis madebit insula, unde omnes ad omnia provocabuntur. Væ tibi, Neustria! quia cerebrum leonis in te effundetur, dilaceratisque membris a patro solo eliminabitur. Nitentur posteri transvolare superna, sed favor novorum sublimabitur. Nocebit possidenti ex impiis pietas donec sese genitore induerit. Apri igitur dentibus accinctus cacumina montium et umbram galeati transcendet, indignabitur Albania, et, convocatis collateralibus, sanguinem effundere vacabit.

Dabitur maxillis ejus frenum quod in armorico sinu fabricabitur. Deaurabit illud aquila rupti fœderis et tertia nidificatione gaudebit. Evigilabunt rugientes catuli, et postpositis memoribus intra mænia civitatum venabuntur; stragem non minimam ex obstantibus facient et linguas taurorum abscent; colla rugientium onerabunt catenis et avita tempora renovabunt. Exinde de primo in quartum, de quarto in tertium, de tertio in secundum rotabitur pollex in oleo. Sextus Hyberniæ mænia subvertet et nemora in planiciem mutabit; diversas portiones in unum reducet, et capite leonis corona-bitur. Principium ipsius vago affectui subjacebit; sed finis ipsius ad supernos convolabit. Renovabit namque beatorum sedes per patrias, et pastores in congruis locis locabit; duas urbes duobus palliis induet, et virginea munera virginibus donabit. Promerebitur inde favorem tonantis, et inter beatos collocabitur. Egressetur ex eo linx penetrans omnia, qui ruinæ propriæ gentis¹ imminebit: per illum enim utramque insulam amittet Neustria, et pristina dignitate spoliabitur. Deinde revertentur cives in insulam; nam dissidium alienigenarum oriatur; niveus quoque senex in niveo sedens equo fluvium

¹ *Al.* proprii generis.

Perinoris divertet, et cum candida virga molendinum super ipsum metabitur. Cadvalladrus vocabit Conanum, et Albaniam in societatem accipiet. Tunc erit strages alienigenarum, tunc flumina sanguine manabunt, tunc erumpent armorici fontes¹ et Bruti dyademate coronabuntur. Replebitur Cambria lætitia, et robora Cornubiæ virescent. Nomine Bruti vocabitur insula, et nuncupatio extraneorum peribit. Ex Conano procedet aper bellicosus qui intra gallicana nemora acumen dentium suorum exercebit; truncabit namque quæque majora robora, minoribus vero tutelam præstabit. Timebunt illum Arabes et Africani, nam impetum cursus sui in ulteriorem Hispaniam protendet. Succedet hircus venerei castri aurea habens cornua et argenteam barbam, qui ex naribus suis tantam efflabit nebulam qua tota superficies insulæ obumbrabitur. Pax erit in tempore suo, et ubertate glebæ multiplicabuntur segetes. Mulieres incessu serpentes fient, et omnes earum gressus superbia replebuntur. Renovabuntur castra Veneris, nec cessabunt sagittæ Cupidinis vulnerare. Fons omnis vertetur in sanguinem, et duo reges duellum propter leænam de vado baculi committent. Omnis humus luxuriabit, et humanitas fornicari non desinet. Omnia hæc tria secula videbunt, donec sepulti reges in urbe Londoniarum propalabuntur. Redibit iterum fames, redibit mortalitas, et desolationem urbium dolebunt cives. Superveniet aper commercii qui dispersos greges ad amissa pascua revocabit. Pectus ejus cibus erit egentibus, et lingua ejus sedabit sitiens. Ex ore ipsius procedent flumina quæ arentes hominum fauces rigabunt. Exinde super turrim Londoniarum procreabitur arbor que, tribus solummodo ramis contenta, superficiem totius insulæ latitudine foliorum obumbrabit. Hinc adversarius Boreas superveniet, atque iniquo flatu suo tertium

¹ *Al.* montes.

ille ramum eripiet ; duo vero residui locum extirpati occupabunt , donec alter alterum foliorum multitudine annihilabit ; deinde vero locum duorum obtinebit ipse et volucres exterarum regionum sustentabit , patriis volatilibus nocuus habebitur ; nam timore umbræ ejus liberos volatus amittent . Succedet asinus nequitiae , in fabricatores auri velox , sed in luporum rapacitatem piger . In diebus illis ardebunt quercus per nemora , et in ramis tiliarum nascentur glandes . Sabrinum mare per septem ostia discurret , et fluvius Oscæ per septem menses servabit . Pisces illius calore morientur , et ex illis procreabuntur serpentes . Frigebunt Badonis balnea , et salubres aquæ eorum mortem generabunt . Londonia necem viginti millium lugebit , et Tamensis fluvius in sanguinem mutabitur . Cucullati ad nuptias provocabuntur , et clamor eorum in montibus Alpium audietur .

DE GUYNTONIA VATICINUM.

Tres fontes in urbe Guyntonia erumpent , quorum rivuli insulam in tres portiones secabunt . Qui biberit de uno diutiori vita fruetur , nec supervenienti languore gravabitur ; qui bibet de altero indeficienti fame peribit , et in facie ipsius pallor et horror sedebit ; qui bibet de tertio subita morte periclitabitur , nec corpus ipsius subire poterit sepulchrum . Tantam ingluviem vitare volentes diversis tegumentis eam occultare nitentur . Quæcumque ergo moles superposita fuerit formam alterius corporis recipiet ; terra namque in lapides , lapides in ligna , ligna in cineres , cinis in aquam , si superjecta fuerint , vertentur . Ad hæc ex urbe Canuti nemoris¹ eliminabitur puella ut medelæ curam adhibeat , quæ ut omnes

¹ Deest vox nemoris Mtis. quibusdam.

artes inierit solo anhelitu suo fontes nocuos siccabit, et exinde ut sese salubri liquore refecerit gestabit in dextera sua nemus Calidonis, in sinistra vero murorum Londoniæ propugnacula. Quacunque incedet passus sulphureos faciet, qui dupli flamma fumabunt. Fumus ille excitabit Rutenos, et cibum sub marinis conficiet. Lachrymis miserandis manabit ipsa, et clamore horrido replebit insulam. Interficiet eam cervus decem ramorum, quorum quatuor aurea dyademata gestabunt, sex vero residui in cornua bupalorum vertentur, qui nephando sonitus insulas Britanniæ commovebunt. Excitabitur Daneium nemus, et in humanam vocem erumpens clamabit : « Accede, Cambria, et junge lateri tuo Cornubiam, et dic Guytoniæ : « Absorbebit te tellus. » Transfer sedem pastoris ubi naves applicant, et cætera membra caput sequentur. Festinat namque dies qua cives ob scelera perjurii peribunt. Candor lanarum nocuit atque tincturæ ipsarum diversitas. Væ! perjuræ genti! quia urbs inclyta propter eam ruet. Gaudebunt naves augmentatione tanta, et unum ex duobus fiet. Reædificabit eam Hericius¹ oneratus pomis, ad quorum odorem diversorum nemorum convolabunt volucres. Adjicet palatum ingens, et sexcentis turribus vallabit illud. Invidebit ergo Londonia, et muros suos tripliciter augebit. Circuibit eam undique Tamensis fluvius, et rumor operis transcendet Alpes. Occultabit intra illam Hericius poma sua, et subterraneas vias machinabitur. In tempore illo loquentur lapides, et mare quo ad Galliam navigatur intra breve spatium contrahetur. In utraque ripa audietur homo ab homine, et solum insulæ dilatabitur. Revelabuntur occulta submarinorum, et Gallia præ timore tremet. Post hæc ex Calaphio² nemore procedet ardea quæ insulam per biennium circumvolabit; nocturno clamore

¹ *Al.* Hiricius. — ² *Al.* Calatino.

convocabit volatilia, et omne genus volucrum sibi associabit. In culturas mortalium irruent, et omnia grana messium devorabunt. Sequetur fames magna, atque dira mortalitas famem. At cum tanta calamitas cessaverit, adibit detestabilis ales vallem Galalias¹, atque ipsam in excelsum montem levabit. In cacumine quoque ipsius plantabit quercum, atque infra ramos nidificabit. Tria ova procreabuntur in nido, ex quibus vulpes, lupus, et ursus egredientur. Devorabit vulpes matrem et asinimum caput gestabit. Monstro igitur assumpto, terrebit fratres suos, ipsosque in Neustriam fugabit; at ipsi excitabunt aprum dentosum in illa, et navigio revecti cum vulpe congregentur; quæ cum certamen inierit finget se defunctam et aprum in pietatem movebit. Mox adibit ipse cadaver, et dum superstabit anhelabit in oculos ejus et faciem; at ipsa non oblita pristini doli mordebit sinistrum pedem ipsius totumque ex corpore avellet; saltu quoque facto eripiet ei dextram aurem et caudam et infra cavernas montium delitebit. Aper ergo illusus requiret lupum, et ursum ut ei amissa membra restituant. Qui ut causam inierint promittent ei duos pedes vulpis, aurem et caudam; et ex eis porcina membra component. Acquiescat ipse, promissamque restaurationem expectabit. Iterum descendet vulpes de montibus, et sese in lupum mutabit; et quasi colloquium habitura cum apro adibit illum et callide illum totum devorabit. Exinde transvertet sese in aprum, et quasi sine membris expectabit germanos; sed et ipsos postquam advenerint subito dente interficiet, atque capite leonis corona-bitur. In diebus ejus nascetur serpens qui neci mortalium im-minebit. Longitudine sua circuibit Londoniam, et quosque prætereuntes devorabit. Bos montanus caput lupi assumet, dentesque suos in fabrica Sabrinæ dealbabit. Associabit sibi

¹ *Al. Galabes.*

greges Albanorum et Cambricæ, qui Tamensem fluvium potando siccabunt. Vocabit asinus hircum prolixæ barbæ, et formam ipsius mutabit. Indignabitur igitur montanus vocatoque lupo cornutus taurus ipsos feriet, ut autem sævitiae indulserit, devorabit carnes eorum et ossa; sed in cacumine Uriani cremabitur. Favillæ rogi mutabuntur in cygnos, qui in sicco quasi in fluamine natabunt. Devorabunt pisces in piscibus, et homines in hominibus deglutient. Superveniente vero senectute, efficientur submarini pisces¹ atque submarinas insidias machinabuntur; submergent navalia, et argentum non minimum congregabunt. Fluctuabit iterum Tamensis, convocatisque fluminibus ultra metas alvei procedet; urbes vicinas occultabit, oppositosque montes subvertet. Adhibebit sibi fontem Galaeb² dolo et nequitia repletus. Orientur ex eo seditiones provocantes Venedotos ad prælia. Convenient nemorum robora, et cum saxis Gewisseorum congredientur. Advolabit corvus cum milvis, et corpora peremptorum devorabit. Super muros Claudiocestriæ nidificabit bubo, et in nido ejus procreabitur asinus; educabit illum serpens Malverniæ, et in plures dolos commovebit. Sumpto diademate transcendet excelsa, et horrido rachanatu populum patriæ terrebit. In diebus ejus titubabunt³ montes Panchaii⁴, et provintiæ memoribus suis spoliabuntur; superveniet namque vermis igneis anhelitibus, qui emiso vapore comburet arbores. Egradientur ex eo septem leones capitibus hircorum turpati. Fætores narium mulieres corruptent, et proprias communes facient. Nesciet pater proprium filium, quia more pecudum lascivient. Superveniet vero gygas nequitiae, qui oculorum acumine terrebit universos. Exurget in eum draco Wigorniæ, et eum exterminare conabitur; facto autem congressu superabitur draco, et nequitia victoris opprimetur;

¹ *Al. lupi.* — ² *Al. Galahes.* — ³ *Al. nutabunt.* — ⁴ *Al. Pacaii.*

ascendet namque draconem, et exuta veste insidebit nudus. Feret illum ad sublimia draco, erectaque cauda verberabit nudatum. Resumpto iterum vigore gygas fauces illius gladio confringet; implicabitur tandem sub cauda ejus draco et venenatus interibit. Succedet prelio¹ Totonesius aper et dira tyrannide opprimet populum. Eliminabit Claudiocestria leonem qui diversis præliis inquietabit sævientem. Conculcabit eum sub pedibus suis, apertisque faucibus terrebit. Cum regno tandem litigabit leo, et terga nobilium transcendet. Superveniet taurus litigio, et leonem dextro pede percutiet; expellet eum per regni diversoria; sed cornua sua in muros Exoniæ² constringet. Vindicabit leonem vulpes Kaerdubali, et totum suis dentibus consumet. Circumcinget illam Lindocolinus coluber, præsentiamque suam draconibus multis horribili sibili testabitur. Congredientur deinde dracones, et alter alterum dilaniabit. Opprimet alatus carentem alis, et unguis in genas venenatas configet. Ad certamen convenient³ alii, et alias alium interficiet. Succedet quintus residuis interfectis diversis machinationibus confringet. Transcendet dorsum unius cum gladio, et caput a corpore separabit. Exuta veste ascendet alium, et dexteram caudæ lèvamque injiciet. Superabit eum nudus quia nichil indutus proficiet, cæteros torquebit a dorso, et in rotunditatem regni compellat. Superveniet leo rugiens immani feritate timendus, ter quinque portiones in unum reducit, et solus possidebit populum. Splendebit gigas colore niveo, et ad candidum populum germinabit. Deliciæ principes ener-vabunt, et subiti in beluas mutabuntur. Orietur in illis leo humano cruore turgidus. Supponetur ei in segete falcifer, qui dum laborabit metere opprimetur ab illo. Sedabit illos eboracensis auriga, expulsoque domino in currum quem dicit

¹ Pro prelio al. post illum. — ² Al. Oxoniæ. — ³ Confugient, al.

ascendet. Abstracto gladio minabitur orienti, et rotarum suarum vestigia replebit sanguine. Fiet deinde piscis in æquore, qui sibilo serpentis revocatus coibit cum illo. Nascentur inde tres tauri fulgorantes, qui consumptis pascuis convertentur in arbores. Gestabit primus flagellum vipereum, et a progenito¹ dorsum suum divertet. Nitetur enim ipse flagellum ei eripere; sed ab ultimo corripietur. Avertent mutuo a sese facies donec venenatum cyphum projecerint. Succedet ei colonus Albaniæ, cui a dorso imminebit serpens, vacabitque ipse tellurem subvertere ut patriæ segetibus candeant. Laborabit serpens venenum diffundere, ne herbæ in messes proveniant. Letali clade deficiet populus, et mœnia urbium desolabuntur. Dabitur in remedium ejus urbs Claudii que alumpnam flagellantis interponet stateram; namque medicinæ gestabit, et in brevi renovabitur insula. Deinde duo insulæ subsequentur sceptrum quibus cornutus draco ministrabit. Adveniet alter in ferro; volantem equitabit serpentem nudato corpore, insidebit dorso, et dexteram caudæ injiciet. Clamore ipsius excitabuntur maria, et timorem secundo injiciet. Secundus itaque sociabitur leoni; sed exorta lite congressum facient, mutuis cladibus succumbent mutuo; sed feritas beluæ prævalebit. Superveniet quidam in tympano et cythara, et demulcebit leonis sævitiam. Pacificabunt nationes regni, et leonem ad stateram provocabunt locata sede ad pensas vacabit; sed palmas in Albaniam extendet. Tristabuntur ergo aquilonares provinciæ, et ostia templorum reserabunt. Signifer lupus conducet turmas et Cornubiam² cauda sua circumcinget. Resistet ei miles in curru, qui populum illum in aprum mutabit. Vastabit ergo aper provincias; sed in profundo Sabrinæ occultabit caput. Amplexabitur homo leonem in auro, et fulgor auri oculos intuentium

¹ *Al.* postgenito. — ² *Al.* cornua.

excæcabit. Candebit argentum in circuitu et diversa torcularia vexabit. Imposito vino inebriabuntur mortales, et postposito cœlo in terram respicient. Ab eis vultus avertent sydera, et solitum cursum confundent. Arebunt segetes his indignantibus et humor convexi negabitur. Radices et rami vices mutabunt, novitasque rei erit in miraculum. Splendor solis electro Mercurii languebit, et erit horror insipientibus. Mutabit clypeum Stilbon Arcadiæ, vocabit Venerem galea Martis. Galea Martis umbram conficiet, et transibit terminos furor Mercurii. Nudabit ensem Orion ferreus. Vexabit nubes Phœbus æquoreus. Exhibit Jupiter licitas semitas, et Venus deseret statutas lineas. Saturni syderis livor pluendo corruet, et falce¹ recurva mortales perimet. Bissenus numerus domorum syderum deflebit hospites ita discurrere, omittent gemini complexus solitos et urnam in fontes provocabunt. Pensa libræ oblique pendebunt, donec aries recurva sua cornua supponat. Cauda scorpii procreabit fulgura et cancoer cum sole litigabit. Ascendet virgo dorsum sagittarii, et flores virgineos offuscabit. Currus lunæ turbabit zodiacum, et in fletum prorumpent Pleiades. Officia jam nulla redibunt; sed clausa janua in crepidinibus Ariadne delitebit. In ictu radii exurgent æquora, et pulvis veterum renovabitur. Confligent venti diro sufflamine, et sonitum inter sidera confient. »

Cum igitur hæc et alia multa prophetasset Merlinus, ambiguitate verborum suorum astantes² in admirationem commovit. Vortegirnus vero præ cæteris admirans, et sensum juvenis et vaticinia collaudabat; neminem enim præsens ætas produxerat qui ora sua in hunc modum coram ipso solvisset. Scire igitur volens exitum vitæ suæ, rogavit juvenem sibi indicare quod sciebat. Ad hæc Merlinus: « Ignem filiorum Constantini

¹ *Al. face.* — ² *Al. audientes.*

76 DE PROPHETIIS MERLINI.

diffuge , si diffugere valueris ; jam naves parant , jam armori-
canum littus deserunt , jam vela per æquora pandunt , petent
Britanniam insulam , invadent saxonicam gentem , subjuga-
bunt populum nefandum ; sed prius te infra turrim inclusum
comburent . Malo tuo patrem eorum perdidisti , et Saxones in
insulam invitasti . Invitasti eos tibi in præsidium , et superve-
nerunt in tuum supplicium . Imminent tibi duo funera , nec
est promptum utrum prius vitare possis¹ , hinc enim regnum
tuum devastant Saxones et leto tuo incumbunt , hinc autem
applicant duo fratres , Aurelius et Uter , qui mortem patris
sui in te vindicare nitentur . Quære tibi diffugium si poteris ,
cras totonesium littus tenebunt . Rubebunt sanguine Saxonum
facies ; et , interfecto Hengisto , Aurelius Ambrosius corona-
bitur . Pacificabit nationes , restaurabit ecclesias , sed veneno
deficiet . Succedet ei germanus suus Utherpendragon , cuius
dies anticipabuntur veneno . Aderunt tantæ prædictioni pos-
teri tui , quos aper Cornubiæ devorabit . »

¹ *Al. vitabis.*

AUTRES PROPHÉTIES

ATTRIBUÉES

A MERLIN¹.

Merling saies in his booke who will reade right,
Althoght his sayings be vncouth, they shalbe true found
Jn the vij. Chap. reade who so will,
One thousand and more after Christes birth,
When the Calnalider of Cornwell is called
And the Wolfe out of Wailes is vincust for ay,
Then many ferlie shall fall, and many folke die
Many selcouth shal be seene in all Christen landes
Jn the Moone and the sea, and signes of the Sonne,
And in all Plannets plainelie that appears in the sky.

Then shal the Lyon be best in the broad North,
And an fellowne flaw shal fall soone after,
And a sheeding of blood within short time
Both the Moone and the Mernis, great dule shal make,
And al Mar shall murne many daies after,
The great Beare with his tuskes the feild shal tyne
A fel shoure of the South shal faid him for euer,
And that Leid shal his life lose in another land.

Then shal a Freik be fostered farre in the South
And to the kyth shal he goe that he come from
With much wealth and worship shal he goe home
And inhabite Albanie vnto the end,
Both the Iles and Arane at his owne will
Many men shal laugh when he home comes.

¹ Collection of ancient Scottish Prophecies, in alliterative verse: reprinted from Waldegrave's edition, M. DC. XI. Edinburgh: printed by Ballantyne and Co. M. DCCC. XXXIII, in-4°, p. 3 et suiv. M. Francisque Michel doit l'exemplaire qu'il possède de ce livre au comité du Bannatyne Club, société de bibliophiles pour laquelle ce volume a été réimprimé.

But much selcouth shal be seene within short time
 At his owne kinde bloode , there shal he begin ,
 Choose of the cheifest , and chop of there heads ,
 Some harled in steddes , and hanged on hie
 Some put in prison , and much paine byde .

The Crab shal be out of his clift a long time
 With vnkinde blood , and yet shal recover
 And other beirnes in whole banisht for euer
 Couetice shall be his name , the King of that kith ,
 For both his hart and his head shall be of flint forged ,
 No Lord shall liue in that land but him self alone ,
 But they are breued in bill , to keepe them in baill ,
 Yet shall a man of more vaille mar him for euer ,
 For suddenly he shall goe downe , and die in a fen ,
 Their shall no King come in that kith for a lang time
 But a figure of a floure , the fairest in the firth ,
 The white floure and the reid so shall he be called .

In the mouth of Arrane an selcouth shall fall ,
 Two blodie harts shall be taken with a false traine ,
 And derfly dung downe without any dome ,
 Ireland , Orknay , and other lands manie ,
 For the deth of those two great duele shall make ,

Then much sorrow is seene within viij. yeares ,
 Both the Crab and the Cok , they shall escape ,
 For more harme at that time shall they not haue ,
 When the Rauen roupes , many man shall rue ,
 From Cornewell to Caithnes they shall his crie heare ,
 When the Gled in his clift is clime to the height ,
 He counts not the Lyon that is his kind Lord ,
 Then the Graip would gouerne all , and gapes thereafter
 With great guifts of Gold , the floure would he get ,
 Come he once in his clookes , he cowers it neuer ,
 Then would a poore Catue be heeper of the Kith ,
 Yet shall it faile the freit , that the foole thinkes ,

When the Cok crowes keepe well his come ,

For the Foxe and the Fulmart, they are false both,
 When the Rauen and the Ruke, hes rounded together
 And the Kid in his clift, shall accord to the same,
 Then shall they be bolde, and soone to baile after,
 Then shal the Buck in belling time make a great beare,
 It is but winde that he wastes for he is but away.
 Then shal waken vp a weere, and much woe after
 When the Birdes of the Rauen rugges and reaues,
 And the leil men of Louthiane be loppen on their horse
 Then shal the poore people be spoyled ful neir,
 And the Mers shal murne many dayes after
 And al the Abbais truely that stands on Tweede,
 And al Louthiane shal liue on their liues anter
 They shal burne and slay and great reiffes maks
 Their dare no pure man say whose man he is
 Then shal the land be lawles for loue is their none
 And falset shal haue foote fullie fve yeares,
 And truth truly shal be tint and none shal trust other
 The coosing once shal not trust the other
 Nor the Son the Father nor the Father the Son
 For to haue his goods he would haue him hangd
 Then shal they a counsel cal for peace of the Kith,
 To make loue among Lords but that shal not last,
 For those Barrones and Bachelers that wil not obey
 That wil not keepe to their crie, nor come to their call

Then shal men be marked for their misdeedes
 That shal turne them to teine within a while after,
 Fra xiiij. be paste and twise three the threape is at end
 And ouer a water he shal faire and see for him self
 And in a faire Forrest shal an Ern big
 Many man shal losse their life in the meane time
 For they shal pitch a field and ferslie fight
 Upon a broade moore a battle shal be
 Beside a stock Croce, that standes in the North,
 It is couered with dead Corpes and al of a Kith
 That the Crow may not know where the Croce stooде

The Wolfe shal be watchman and keepe many wayes

80 AUTR. PROPHÉTIES ATTR. A MERLIN.

And shal be leil to the Lyon his owne kinde Lord
Holy Church is combered with the best of the kith
With languages that liues not by Christ, but that shal not last
From Balcomie to the Basse on the broad sey,
And from Ireland in the Forth shal be a faire sight,
Of Barges and Bellingers, and many broad saile,
With iij. Libberds and the Flowerdeluce faire vpon hight
Then shal a Hunter in hy come forth of the South,
With many Ratches in row rewled full right,
And shal goe one his foote ouer the water of Forth,
And in Fyse shal be sight and the field win :
And the Chiftanes shal die one either side.

When the man in the Moone is most in his might,
Then shal Dunbarton turne vp that is downe,
And the mouth of Arrane both at one time,
And the Lord with the luckin hand his life shal he lose,
For couetusnes and treason that loses the land.

When the Cragges of Tarbat is tumbled in the sey,
At the next sommer after sorrow for euer
Beides bookees haue J seene , and Banisters also ,
Meruelous Merling and all accordes in one
Meruelous Merling is wasted away
With a wicked woman woe might shee be ,
For shee hath closed him in a Craige on Cornwel cost.

When the Cok in the North hath builded his nest ,
Busked his birdes and bownit him to flee ,
Then shal fortune his freind the gates vp cast
And right shal haue his free entrie.

Then rise shal the Moone in the North west ,
In a cloud as black as the bill of a Crow ,
Then is losed a Lyon the bouldest and the best
That was borne iu Britane since Arthures daies ,
Then shal a dreadfull Dragone dres him from his den
To helpe the Lyon with his great might ,
A Bull and a Bastard spurres shal spend ,

A MERLIN.

81

To abide with the Beare, to reckon his rightes.

A Libberd engendered of natvie kinde,
With the sterne of Bethelem shal rise in the South,
A Horse and a Anthelope, baldly shal abide,
A Beare and a Brock, with bernis so bright,
A proud Prince in the preis Lordly shal light,
With bold Barrons in buschment to battell shal wend,
Then shal the prophesie prooue, that Thomas of telles.
Many comely Knight is cast vnder foote,
That shal make maydens murne that in bowre dwels
The dreadful day of destenie shal drive to the night,
Shal make maydens and wines in mourning he brought
Then they meet on the morning with the Moone light,
Betwixt Seton and the sey sorrow shal be wroght,
There the Lyon shal be hurt and not perseaud,
Then shal he braid to the best, that him the hurt wroght
And many sterne in that stound shal fald to the free,
And the proudest in the preis, to baill shal be brought,
The fey fox and the Fulmart in arms are taken,
And led to the Lyon law to abide,
The Piper and the Pie shal suffer the same,
And al the friends of the Fox shal be fey made,
Then shal troy vntrue tremble for dread,
For dreddour of the deadman, when they heere him speak
Al the commons of the kith, shal cast him the keyes,
The buschement of Beuerlaw therewith shal breake.

When war men and woodes away went,
And euerie seede in his season kindly is set.,
And right well ruled, and falshood is fled,
Then shall be plentie of peace, when lawes haue no let,
The spous of God shall sing with a ioyfull song,
Thanking God thereof and the Trinitie:
And all grace and goodness shall grow vs among,
And euerie fruite shall haue plentie by lande and by sea,
Then the Sonne and the Moone shall shine bright,
That many daies afore darke haue bene,
And keepe theire course both day and night,

82 AUTRES PROPHÉTIES ATTRIBUÉES

With more mirth then men haue sene.
As Bertlingtones booke, and Banister vs telles,
Merling and many more, that with meruels melles,
And also Thomas Rymour in his tales telles,

They say the Saxons shall choose them a Lord,
That shall make them greatly to fall vnder
The ded man shall rise : and make them accord,
And this is much wonder and flight,
That he that was dead , and buried in sight,
Shall rise againe and liue in the land ,
In comfort of an young Knight,
That fortune hath chosen to be her husband ,
The Wheele shall turne to him full right ,
That fortune hath chosen to be her feir,
In Surry shall he shew an sight ,
In Babilone bring many an beirne on beir,
Fifteene mile from Jerusalem the holy crosse win shalle he ,
The same Lord that beares the Lyon ,
At Sandforde wan the gree ,
Fortune hath graunted him the Victorie .
Since first that he armes haire ,
For without treason or traitorie ,
Destenie shall not him deire
Whill kinde of age til him drieue ,
For euerie man on Molde must die ,
But end he shall in the land of Christ ,
And in the Vaile of Josaphat buried shall he be .

THE PROPHESIE OF MERLING.

It is to fall when they it finde ,
That fel on face is faine to flee ,
That commed are of strodlings strinde ,
Wauing through the worke of winde ,
The Beare his mussel shal vpbinde ,
And neuer after bund shal be ,
Away the other shall waue with winde

And as they come so shall they flee,

Syce shall vp, and sinke shall vnder.
The dead shall rise, and worke great wonder,
And ioy shall rise to man and wife,
The sorrowful sall still of strife,
All men shall ioy of his resurrection,
And in speciall men of Religion,
The morter is readie, the Pestell also,
The sauce shall be bitter and that to his foe,
And the Diuels also shall helpin to,
Then the bankes of Beill shall bloome all about,
Then hie the Hurcheon to Haillis, and close the therein
Thou shal be werped with a winde, and plucked ilk pen
Shal neuer doun on thy skinne, nor birs be the left.
The thunder shal worke thy holde to the colde earth,
Shal neuer stone vpon stone, nor ground be the left,
And so that wretched worke is destroyed for euer,

Their shal a Galyart gayt with a gilten horne,
A Pilledow with a tode, sic a prime holde,
With their pieres in a place by a streame side,
To striue with the streame, but they no strength haue.
For their moouing they meeete in the mid way,
Al the gromes shal grounch be the way side,
And many bairnes shal haue his byech on the back side,
And that meruaile shal fal be a Firth side,
Where the leader of the land shal his life lose,
But that bargaine shall brew in a baire burgh
That shal banish from blisse many bright helme :
When it is breued on his back, and his breif knowne,
Of dum Organes dight them may thou wel deeme
Of al the weil and the wealth before them was wrought
With hunger and heirshipe on euerie hil,
Yet this wicked world shal last but a while,
While a chieftane vnchosen choose forth him selfe,
And ride ouer the Region, and for Roy holden,
Then his scutifiers shal skail at the faire South
Fra Dunbertane to Douer, and del al the lands,

84 AUTR. PROPH. ATTRIB. A MERLIN.

He shal be kid conquerour, for he is kinde Lord,
Of al Bretaine that bounds to the broad sea ,
The conquessing shal be keepeid , and neuer conquest after,

Be the coast ye shal know when the Knight comes,
He hes a mark in the middle wher no man may know ,
When he is set in the East where the Sun riseth ,
He hes a signe shal shew on the South side.

Signum venenosi sanguinis de ventre matris suæ,
Al Wailes J wis, shall wend with that Roy,
For to worke his wil, where he thinke would,
Gyane , Gaskone , and Bretane the blyth ,
shal busk to his bidding on their best wise ,
The whole men will help in his most hight ,
Then shal he turne into Tuskane but trety or true
And busk him ouer the mountaines on mid winter euen ,
And then goe to Rome , and rug downe the walles
And ouer al the Region Roy shal be holden ,
Oft this booke haue J seene , and better thereafter ,
Of Meruelous Merlin , but it is wasted away
With a wicked woman woe might she be .

F I N .

TABLE.

	Pages.
INTRODUCTION	VII
I. Histoire de Merlin.	x
II. Prophéties de Merlin appliquées à des événements historiques.	xxii
III. Opinion des Écrivains du moyen âge , au sujet de la vérité des prophéties de Merlin.	XLVI
IV. Écrits attribués à Merlin.	LIV
V. Romans et Traditions romanesques concernant Merlin.	LXX
VI. Poème de Geoffroy de Monmouth sur Merlin.	xciii
Additions et corrections.	cvii
GALFRIDI DE MONEMUTA VITA MERLINI.	i
DE PROPHETIS MERLINI.	61
AUTRES PROPHÉTIES ATTRIBUÉES A MERLIN.	77

3

31

